Recognes ¶ Destruit zm mēbrum qōnis hoc pacto ſm Philoponum. Si aūt hoc. s. mā̄ prima/nō existit eē hoc aliquid ⁊ subam/hoc est nō est actu suba. quę est hoc aliqd, sꝫ existit qppiam alioꝝ p̄dicamentoꝝ, erūt (vt diximꝰ.) Passiones hoc est accñtia sepabilia a substātijs. s. in actu, h̄ est erūt accñtia, ⁊ nō in idiuiduis subę, qđ est absurdū. Oē eni accñs fundat̄ in suba actuali. hęc est qđ ſꝫ Philoponū.

D Quęstio ḡ hęc cadit in solōne assignata p̄ncipaliter, qa Aristo. quęrit de illa suba in potētia, ex qua pręsupposita sit gñatio indiuiduę subę, remote ⁊o cadit in prima qōne, vtrū. s. gñatiōe simpl'r possit suba idiuidua gñari. vel posset cōponi qđ tota supra p̄ma dubitatiōe, hoc mō/vtrū suba idiuidua possit simpl'r generari, ⁊ videt̄ q̄ nō, qa si posset simpl'r generari/hoc est, qa generationi eius p̄est mā̄ quę est suba in potētia, sed hęc non p̄est, qa vel p̄est participās aliquo alioꝝ p̄dicamentoꝝ vel nullo, ⁊ fiat rō, vt supra. Hoc pacto hęc dubitatio ē prima dubitatio (vt Philoponus autumat) verū dicit̄ noua, qa noua forma est ꝯfecta. Et sic exponēdo, textus isti tres nō sunt diuidēdi, sed simul legēdi. In cōmentarijs ⁊o aliter qđ inducit̄, verum modus iste est Philoponi, ⁊ verbis Aristo. ꝯsonus, vt oibus ꝯspicuum est.

E Tex. anti quus. c. 47 ¶ Et de his igit̄ quantū fieri pōt/tractādum est, ⁊ quę causa sit vt generatio semp sit, ⁊ q̄ simpliciter/⁊ quę ſm partem.

Dilucida: te. c. eiusdē. ¶ Et de his igitur quantū contingit, tractandum est. ⁊ quę causa est quare gñatio semp sit, ⁊ quę simplex, ⁊ quę ſm partem.

Com. 47. ¶ Ad solōnē qōnis tactę p̄ponit aliam qōnē. ex cuiꝰ solutione patebit solō ad q̄sitā a p̄n°. (⁊ inqt) Et de his igitur quantum cōtingit, deficit tractandū est attico, ⁊ quę causa est q̄re generatio semper sit, ⁊ quę simplex sit gñatio ⁊ quę ſm parteꝫ ⁊ ſm qd. nā his solutis patebit solō ad p̄ncipalē qōnem. Alij ex ignorātia literarum gręcaruꝫ. Aliter exponūt, qđ non est dignum nunc narratione.

Recognes F ¶ Mouet rursus duas alias dubitationes, p̄ma est de cā cur nūq̄ deficiat gñatio. z° ⁊o quę est gñatio simpl'r, ⁊ quę ſm pteꝫ. rō primę qōnis est vt postea dicet̄, qa vel qđ corrūpitur ad nihil redigit, vel ad ens, si ad ens, non corrūperet̄, si ad nihil corrumpit̄, cū entia genita sint finita, tādeꝫ oia desinēt ex toto, ⁊ sic desinet gñatio ⁊ corruptio penitus. Intellectꝰ ⁊o zᵉ qōnis est, qa per generationē simpl'r intelligit gñationeꝫ subę p̄stantioris, ⁊ p generationē ſm partē intelligit gñationeꝫ subę ignobilioris (vt Philoponus autumat) q̄rit ergo vtrū oēs generationes sint ęque nobiles, an aliqua sit alia nobilior. Mouit aūt has quęstiones, qa ex solutione harū pꝫ solutio cęterarum priorum, vt dicemus.

Tex. anti quus. c. 48 ¶ Cum autē sit causa/vna qdē vñ principiū motus esse dicimus, vna autē mā̄, taleꝫ cām

G dicere opꝫ. de illa eni dictum est prius in de motu sermonibus, q̄ est hoc qdem imobile per omne tp̄s/illud ⁊o qđ mouet̄ semp. horum autē/de imobili qdeꝫ principio distinguere, prioris est phię. De eo auteꝫ qđ propterea q̄ ꝯtinue mouet̄ alia mouet, posteriꝰ assignādum est/quid talis coꝝ quę singularia dicūtur/causa est. Nūc auteꝫ cam q̄ vt in materię specie ponit̄ cām/dicamus, ob quā semp generatio ⁊ corruptio nō deficiūt ſm naturam. simul enim forsitan hoc fiet manifestum/⁊ de eo qđ nunc dubitatum est, quonam pacto oporteat dicere de simplici generatione ⁊ corruptione.

Dilucida: te. c. eiusdē. ¶ Existēte autē causa vna qdeꝫ, vñ pricipiū motus dicimus eē. vna vera mā̄ de tali causa dicendū. de illa qdem eniꝫ dcm̄ est prius

H in de motu sermonibꝰ, qđ sit hoc qdem immobile per omne tp̄s. hoc autē mouet̄ semper. hoꝝ autem de imobili principio. primo quidē diiudicare alterius phię est opus. de eo autē qđ inquātuꝫ ꝯtinuo mouet̄ alia mouet. post hęc dicēduꝫ quę taliū singularium dictoꝝ causa sit. At nūc vt in materię specie positā cām dicamus, ꝑpter quā semp corruptio ⁊ generatio nō deserūt nām. simul eniꝫ forsitan fiet hoc manifestuꝫ, ⁊ de nunc quę-

I fito quo mō oportet dicere de simplici corruptione & generatione.

Cō.48ᵐ. ¶ Nūc accipit ad q̄ōnis solōnem de qua cā opꝫ loqui, & vult q̄ cū duplex sit cā, vna quidē, vñ dicimus eē pncipiū motus, quę agēs dī, vna x̄o vt mā, de tali causa hoc est mā dicēdū, cuius rōnē subscribit. d. de illa q̄dē enim dcm̄ est prius in de motu sermonib᷒, q̄ sit hoc q̄deꝫ immobile per oē tp̄s vt deus. hoc aūt mouet̄ semꝑ vt cęlū & sol. hoꝝ autē de imobili pncipio p̄mo quidē diiudicare alterius phię est opus. de eo aūt q̄ð inquantū ꝯtinuo mouet̄. alia mouet, hoc est cęlo & sole: post hęc in 2ᵒ dōꝫ quę & q̄uo causa sit dictoꝝ talium singulariū. at nūc pro satisfactione q̄ōnis, vt in materię spē positam cām dicamus, ꝑpter quā semper corruptio & generatio non deserunt naturā, sed semꝑ sunt, cuius causaꝫ ait. d. Sil' enim
K forsitan fiet hoc manifestū & de nunc quęsito, quomō vꝫ opꝫ dicere de simplici corruptione & gn̄atiōe. igr̄ de mā ipsa est dicendū, q̄a ea declarata, quęstio pncipalis moꝝ tollet̄, at de agēte, partim est dcm̄, partim dicemus.

Recognes ¶ Quia ꝑposuit se velle quęrere cām, cur ea quę generantur, nō deficiant, & eoꝝ quę gn̄antur, plures sunt causę, ꝑponit nō oēs velle nūc q̄rere, sed solū quę sunt cāę eoꝝ, quę gn̄antur magis vtiles, & cū sint duę, exponit, q̄ nunc dicēda est. & dicit. Cū generationis. sup. duplex cā sit, vna q̄dem, vñ principiū motus eē dicimus. s. effectiua, quę ꝑ excellētiā, & ꝑprijssime dicit̄ pncipiū vñ motus semꝑ ab Ari͛ᶜ. vna autē est mā. Sed dices nōne generationis causę etiā sunt finis & forma. cur has duas solū generatiōis causas esse dixit. R̄ndet Philoponus & pulchre Ari͛ᶜᵐ has solas gn̄ationis causas dixisse tanq̄ magis vtiles ad gn̄atione, cū gn̄ationi p̄existant. at for᷒ & finis gn̄ationi superueniunt. Et cū duę sint causę gn̄ationis magis vtiles, quę nūc dicēda est exponit. & inq̄t. Ta
L lem cām. s. quę est mā dicere opꝫ nūc. de illa x̄o cā gn̄ationis, quę est effectiua, & vt pn̄ᵐ vñ motus, dcm̄ est p̄us in sermonib᷒ de motu. s. in libro physi. vbi dcm̄ est, talē cām esse duplicem, q̄m̄ est hoc q̄dem imobile ꝑ oē tp̄s, vt primus motor. Illud x̄o q̄ð mouet̄ semꝑ. s. cęluꝫ, q̄ð circulariter fert̄, nūc ordinat se ad sequētia. & diuidit cōsiderationeꝫ. & inq̄t. Hoꝝ autē. s. effectiuoꝝ principioꝝ, de imobili q̄dem principio. s. deo distinguere, & definire opus est p̄mę phię, quę theologia est, de eo aūt, q̄ð propterea q̄ ꝯtinuo mouet̄ alia mouet. s. de cęlo q̄ð mouet hęc inferiora, q̄a mouet̄, ꝑosteri᷒. s. 2ᵒ huius assignāduꝫ est, q̄d sit talis causa eoꝝ, quę singularia dicunt̄. s. generabiliū & corruptibiliū, vbi dicet̄ q̄ erit sol ꝑꝑ eius va
M rium motū accessus, & recessus, eligit nunc haꝝ duaruꝫ cārum, quę vtiles sunt ad gn̄ationeꝫ, & quas nūc intēdimus, quę sit dicēda. & inq̄t. Nūc aūt eam cām, q̄ ponitur vt in specie, hoc est in gn̄e materię dicamus, ob quaꝫ vꝫ semꝑ gn̄atio & corruptio sunt, & nō deficiunt s̄m nāꝫ. addit vtilitatē huius. & dicit. Simul enim forsitan hoc fiet manifestū, & de eo q̄ð nūc dubitatuꝫ est, quo nam pacto oporteat dicere de simplici gn̄atione & corruptione, vbi soluet̄ dubitatio mota an subię potentia inerit aliq̄d aliorum actu nec ne. Hęc de intentione & ordine, & considerationum diuisione.

Dub.ᵒ Solo. *(marginal manuscript note)*

Text'anti. cōmē.49. ¶ Habet autem dubitationem sufficientem, & quę causa sit vt connectat̄ gn̄atio, si quod corrūpit̄, ad non ens abit, non ens autē nihil est. neqꝫ eni q̄ppiam est, aut quale, aut quātum, aut vbi, ip̄m non ens. Si igit̄ semꝑ aliquid eoꝝ quę sunt abit, cur nō cōsumptum est iādudum, & inane ipsum vniuersuꝫ, si q̄dem finitum est id ex quo fit eorum quę generantur vnumquodqꝫ. N

Dilucida: te.c.eiusdē. ¶ Habet aūt q̄ōneꝫ sufficiētem, & quę cā est q̄ perpetuet̄ gn̄atio, siq̄deꝫ q̄ð corrūpit̄, ad nō ens secedit. nō ens autē nihil est. neqꝫ. n. quid, neqꝫ quale, neqꝫ quātum, neqꝫ vbi, q̄ð non ens. Siquidem igitur semper aliquod entium secedit, quare non consumptum est aliquando retro & vacuum omne, si finituꝫ erat ex quo fit generatoꝝ vnumquodqꝫ.

Cōm.49. ¶ Hęc Ari͛ᶜᵘˢ q̄ð sic categorice cōponit̄. oē finitū q̄ð per resecationē ad nō ens secedit, tādē deficiūt, q̄cūq̄ gn̄antur vel genita fuerūt ex mā quę nec est suba, nec quāta, nec qualis, nec aliq̄d alioꝝ sunt finita. igit̄ tandeꝫ deficient. Aristoteles format rōnē sub mō q̄ōnis. d. Habet au
O tem q̄ōneꝫ sufficientem. & quę cā est q̄ ꝑpetuet̄ gn̄atio, verbū ꝑpetuet̄ gręce est syneiço, hoc est ꝯgrego vel cōplico, vel cōtinuo, placet mihi ad ꝑpositū mag̃ sic trāsferre, q̄a eū sensum gręca constructio expostulat. Deide reddit q̄ōnis cām. d. siq̄dem q̄ð corrūpit̄ ad non ens secedit vt ad mām, quę est nō ens, vel ad p̄uationeꝫ, ideo dicit. nō ens aūt nihil est, neq̄ eni q̄d. i. suba, neq̄ quale, neq̄ quātū, neq̄ vbi est q̄ð non ens, hoc est mā vel p̄uatio, tūc resumit q̄ōnis vim. d. siq̄dem igit̄ semꝑ aliquod entiū secedit, q̄re nō cōsumptū est aliquādo retro, & vacuū omne hoc est mūdus totus cur tādē nō desijt, si finituꝫ erat subiectum & mā, ex quo fit vnūquodq̄ gn̄atoꝝ, hęc est q̄ð, & eius forma, & q̄si propter duo videt̄ gn̄atio & tot᷒ mūdus ꝯsumptus. p̄ q̄a in dies corrūpit̄ vnūq̄ðq̄ ad nō ens. 2ᵒ. q̄a mā ex qua pullulāt gn̄ata est finita. P

Recognes ¶ Cum mouit q̄ōneꝫ, s̄m Philoponuꝫ nūc argumentat̄ ad illā, & ꝑbat nec generationē, nec corruptioneꝫ esse ꝑpetuas, imo nec mūdum. & inq̄t. Hꝫ aūt dubitationē sufficientē, & quę cā sit, vt cōnectat̄, hoc est, vt ꝑpetuet̄ generatio. sup. & corruptio, si q̄ð corrumpit̄, corrumpit̄ ad non ens, & nō ens sit nihil, hoc est neq̄ quale, neqꝫ quātum, aut vbi. Assignat cām, q̄ ita sequat̄. & inq̄t. Si igit̄ semꝑ aliq̄d eoꝝ, quę sunt, abit, cur nō consumptum est iādudum totū in nō ens, ita vt inane sit ip̄m vniuersuꝫ, siq̄dem id ex quo fit vnū q̄ð eoꝝ quę generant̄, sit finitum, h̄ est, si mā ex q̄ res fiūt, sit actu finita. & non chaos infinitum, vt Anaxagoras dixit. Nā tunc multitudo entium, quę sunt in vniuerso finita sunt, & ita tandē eēnt cōsumpta per corruptionem ad nō ens. & ad priuationeꝫ, quę nihil est, qua rōne deficit corruptio, & deficit gene-
Q ratio, & deficit vniuersum, & omnia sunt vacua.

Tex. anti. cōmē.50. ¶ Non enim propterea q̄ infinitum id sit ex quo generatur, nō deficit. Hoc. n. est impossibile. actu eni nullum est infinitum.

Dilucida: te.c. eiusdē. ¶ Nō eni vtiqꝫ q̄a infinitum est id ex quo generatur: non deficit. hoc enim ip̄ossibile est, s̄m actum q̄dem enim nihil est infinitum.

Cōmē.50. ¶ Anaxagorici & Mellisei fingūt, ideo nō deficere gn̄ationē & genita ip̄sa, q̄m̄ mā est infinita, ex qua genita effluunt. ꝯstat aūt īfinitū nō posse per resecationē ꝯsumi, q̄a infinitum est, q̄ð quātūcunqꝫ accipientibus, semper restat aliq̄d accipere. ¶ Cōtra obijcit Ari͛ᶜᵘˢ, q̄a vel est infinita in actu vel in po᷒, nō in actu, q̄a īfinitū in actu nihil est. nec in po᷒, vt dicet̄. igit̄ nō valet hęc solutio.

A Recognes ¶ Refellit respōsionē, quę dari posset, q ideo non deficit gñatio, qa chaos, ex quo res extrahunt, est īfinitum. Cōtra obycit, qa tale chaos nō pōt eē actu infinitū, qa 3° physicoꝝ pbatū est tale eē impōle, nec pōt eē potentia infinitū, qa qd est potētia infinitū, solum est ꝫm diuisionez in ptes minores ꝓportiōe subdupla, vt dcm̄ est in his, quę Democriti sunt. ḡ tale chaos nō est infinituz. De hac rōne pmo refellit primū mēbrū, ⁊ ingt. Non. n. ꝓpterea q id chaos, ex quo gñatur id qd gñatur, sit infinitum, generatio non deficit. Hoc enim est impossibile, actu enim nullum est infinitum, vt 3° physicoꝝ probatū est, hoc est primum membrum.

Tex. anti. com. 51. ¶ Potentia aūt in diuisionem. Quare opor tebat hāc esse solam cām/non deficiēdi, qm̄ generatur quiddam semper minus. nūc autem, hoc non videmus.

B Elucida: te c. eiusdē. ¶ Potentia autez est vt in diuisione, quapp oportebat hāc eē solam nō deficiendi q generetur semper quidez minus. Sed nūc nō videmus huiusmodi.

Com. 51m. ¶ Qr vo nō sit īfinita in potētia arguit, qa qūis sic dicēdo posset aliquantulū satisfieri ad qōnē, imaginando q corruptio fiat, vt diuisio, in qua semp min⁹ restet, tn̄ hoc est cōtra sensum, qa nos videmus aliqd deficere in magis ⁊ minus ⁊ ęq̄le, ⁊ restare magis ⁊ minus ⁊ ęquale vł semper ęquale. ingt. Potētia autē est, vt in diuisiōe ip̄m infinitum, quapp oportebat hāc esse solā nō deficiendi q generetur semper quidez minus. Cōtra obycit. d. Sz nunc non videmus hō, qa semper videmus ęqualitatez ⁊ rerū ⁊ mūdi. Tota igitur ratio est. vel materia est actu infinita vel potentia, nō actu vt ꝓbatum est, nec potentia, qa tunc generatio fieret per diuisionem illius, sed h est contra sensum, quare contra phīam.

C Recognes ¶ Reprobat 2m. ⁊ inquit. Potētia aūt. I. infinitū solū est ꝫm diuisionē in partes minores ꝓportiōe subdupla. vt eni Philoponus ingt, numerus per appositionē potentia infinitus est, magnitudo vo per diuisionē potētia est infinita. Propterea ingt. Quare oportebat hāc eē solaz causam nō deficiēdi gñationē, qm̄ generaẜ qdā semp min⁹, ex illo chaos resecatū, h aūt (vt ingt) est ꝫ sensuz, cū nō videamus semper genitū eē minus eo, ex quo fit.

Tex. anti. cōmē. 52. ¶ Quocirca ꝓpterea q huius corruptio alterius est gñatio/⁊ huius gñatio alterius est corruptio, ingetā necesse est trāsmutationez esse. De eo igiẜ qd est gñationē ⁊ corruptionez silr semper eē circa vnūqdqz entiū, hāc existimādū est sufficiētē oibus causam.

D Elucida: te c. eiusdē. ¶ Quocirca qm̄ huius corruptio alteri⁹ est generatio, ⁊ huius generatio alteri⁹ est corruptio, indefectibilē esse necesse est transmutationez. qd qdē igiẜ generatio ⁊ corruptio, silr fit circa vnūqdqz entiūm, hāc existimamus eē sufficientē causam in omnibus.

Com. 52m. ¶ Soluit nūc ad qōnez q ideo semp est gñatio ⁊ nunq̄ deficit, silr ⁊ corruptio, qa gñatio vnius est corruptio alterius ⁊ ecōtra, ⁊ tūc quasi se excusans. ingt. q qdez igiẜ generatio ⁊ corruptio, silr hoc est cōtinuo fit circa vnūquodqz entiū subaudi semp ⁊ indeficiēter, hāc existimamus esse sufficientez cām in oib⁹. vz q gñatio vnius est corruptio alterius ⁊ ecōtra. verbū idefectibilē apayston scribiẜ grece, qd sonat inquietū ⁊ ꝯtinuū. idcirco sic trāstuli, vt vides, qa gręcus sensus ille est. Sed circa dicta q̄runt vtrum corruptio vnius sit generatio alteri⁹, ⁊ eꝫ. Arguunt qdaz sic. gñatio nō est corruptio. igiẜ generatio vnius nō est corruptio alteri⁹. Scdo/tunc semp eēt ęq̄lis entiū multitudo. Tertio/gñatio equi est vnius gñatio ⁊ nullius corruptio. Quarto/corruptio hois non est generatio alterius, qa eadem forma corporis manet in vtroqz. Quinto/in nutritione hois aliqd corrūpiẜ, ⁊ tamen nihil gñatur. Sexto/in corruptione hois nihil corrumpiẜ, ⁊ tn̄ aliqd gñatur, vt forma cadaueris. Ulteri⁹ septimo arguūt alij de colore genito per diuisionez corporis. vbi nulla opposita qualitas corrūpiẜ. Octauo/de luminis gñatione, vbi nihil corrumpiẜ. Alij nono. sic arguūt. augmētatio vnius nō est alterius diminutio, nec ecōtra. igiẜ nec gñatio vnius erit alteri⁹ corruptio. Decimo/Auerroes in libro de suba orbis. cap. 2. ponit mūdū esse factū a pma cā, vbi nulli⁹ fuit corruptio. Alij 11°. arguūt gñatio est forma, corruptio est puatio, sz nulla for⁹ est puatio. igitur gñatio vnius nō pōt eē alterius corruptio. 12°, in gñatiōe misti ex elñtis fit gñatio misti ⁊ nō corruptio elñtoꝝ apud Auer. 3. cęli. cō. 67. hęc sunt Iunioꝝ pcipua argumēta in hac re. ¶ Circa qōnem hāc p de substātijs, deide de accñtib⁹ eēt dōm. Sed qa hn̄ de accidentib⁹ aiūt de substātijs soluz trāsigamus. recētiores soluunt qōnē de rigore logico, deide de rigore physico. ¶ Quātū ad primū supponūt quatuor, quoꝝ duo tn̄ accipianẜ, qa in illis stat tota rei difficultas. p⁹/q generatio aliquando accipiẜ pro subto gñationis, quo mō videẜ log. Auer. p phy. cō. 60. aliqn̄ pro forma quę gñatur, vt gñatio ignis dr forma ignis quę gñaẜ. eodē mō ⁊ de corruptiōe dici pōt. petit 2° q in successiuis idem est eē gñari ⁊ corrūpi, vt in motu ⁊ tpe ⁊ id genus. pbāt. qa motus localis nūq̄ gñatur, vel qn̄ est, vel qn̄ nō est, nō qn̄ nō est, qa tūc gñatio motus eēt absq̄ motu. itēq̄ tūc mobile generaẜ, qn̄ mobile moueẜ. igiẜ tūc gñaẜ quādo mot⁹ est. eodē mō de corruptiōe. Tūc dicūt pmo q generatio vni⁹ est corruptio alteri⁹. probaẜ. qa mā est vna amboꝝ. Scdo in successiuis gñatio est corruptio ⁊ ecōtra. pbāt expositorie. nā hoc demōstrato motu, est gñatio ⁊ hoc est corruptio. igiẜ gñatio est corruptio. Tertio/in pmanētibus gñatio nō est corruptio, pbāt. q gñatio est forma genita, ⁊ illa nō est corruptio. addunt tn̄ q hn̄ de futuro ois gñatio erit corruptio, qa ois forma genita corrūpeẜ p cęli. Ultimo dicūt q de rigore sermonis hęc est falsa. gñatio vnius est corruptio alteri⁹, qa gñatio est forma quę gñaẜ, ⁊ corruptio est forma quę corrūpitur, modo forma genita nō est forma quę corrumpitur.

E

Pō recentiorum.

F

G

H

Confutatio ¶ Sed pace dixerim ola hęc falsa sunt, ⁊ friuola, ⁊ textū Ari^lis nō sapiant. ¶ Prima qdē ꝯclo falsa est. Tum p qa a pari hęc esset vera. albedo est nigredo, itēq̄ calefactio est īfrigidatio, auctio est īminutio, ⁊ cęterę id genus. pbaẜ. qa sicut gñatio apud eos pōt accipi pro subiecto. Ita ⁊ vnūqdqz hoꝝ. igiẜ vt cōcediẜ illa p subto, gñatio est corruptio, sic hę pro subto erūt cōcedēdę. cōstat aūt tales a nullo fuisse cōcessas, ideo nec illa est concedēda. Scdo/si gñatio pōt accipi pro mā. Tūc mā eēt gñatio. tenet ꝯñtia per rationē eius, nā hoc est mā, ⁊ hoc est generatio, igiẜ mā est gñatio. hęc a nullo cōcessa est. Tertio/Tūc gñatio gñatur. pbaẜ. nam mā gñatur p Auer. quem tenet, ⁊ generatio est materia. igitur generatio generatur. hęc nullus doctus ⁊ sani capitis diceret.

Confutatio p̄c ꝯnis.

Cōfuta⁹ 2e. ¶ Scda vo etiā falsa est. naz gñatio est de nō esse ad eē. 5° physico. ⁊ corruptio de eē ad nō esse. Tūc si mot⁹ generaẜ dum est, igiẜ simul est, ⁊ nō est. pbaẜ. gñatur. igiẜ

I non est, qa hec est definitio gñationis, et est. igit est et nõ est. Secũdo si motus generat quãdo est. igit gñatio est ex ente in actu, qđ Ari[les] vbiqz negat. Tertio si hec est vera. motus generat quãdo est. hec erit vera. motus icipit eẽ quãdo est. ɔñria pz. qa gñatio est de nõ esse. igitur qđ generat nũc primo est. et sic motus icipiet eẽ, quando est.

Cõfuta[o] 3[e] ¶ Tertia autẽ falsa etiaz et sibi ɔdictiua. Primo, qa si hec erit vera de futuro in pmanẽtib[9]. gñatio erit corruptio. igit aliquãdo erit hec vera de pñti. generatio est corruptio. nã cuilibet ppõni de futuro correspõdet vna de pñti quãdoqz vera, et ipse ait. nũqz illam de pñti esse ɔcedẽdã. Scđo, oẽ possibile potest poni incẽ, illa est vera de futuro. igit possibilis, pol'is igit põt poni incẽ, oẽ qđ ponit incẽ est ɔcedendũ. igitur illa ppositio de pñti est ɔcedenda, nõ tñ in successiuis, sz in pmanẽtibus.

Declaratio vltiẹ ɔnis K ¶ Ultimo vo dico qp illa Ari[lis] ppositio est vera de rigore sermonis. vbi aiaduertẽdũ qp aliud est in relatiuis, et aliud in absolutis. In relatiuis põt vnum oppositũ de altero pdicari sub rõnibus diuersis, vt Plato est pr ad Caiũ, et filius ad Socratez. igit pater vnius est fili[9] alterius. hec eni est vera de virtute sermonis, et per se, quoniam in relatiuis. Ulterius generatio et corruptio sũt relationes siue relatiua inuicem se respiciẽtes, vt nunc peto, quia al's declarabitur de mẽte Auer. 5. phy. cõ. 9. Tũc seqtur in pma figura, qp de virtute sermonis hec est vera. generatio vni[9] est corruptio alteri[9], sicut illa. pr vni[9] est filius alterius, et sicut nõ seqtur in hac. igitur pr est filius, qa eẽt pcessus ad absoluta, ita nec dz inferri, qp generatio sit corruptio aut ecõtra, et hoc ignorarunt.

Quid ð p[a] suppõne. ¶ Tũc ad suppositiones eo{r}. Ad pmã dicerẽ qp nullibi Auer. dixit, qp gñatio põt capi pro mã, sed bñ qp mã vere generet, mõ qñqz lignũ vere sit albũ, nõ ppea albedo L põt capi p ligno, vel supponere p ligno, sic lz hec sit vera. mã generatur, nõ pptera generatio poterit pro mã capi, et miror hanc certe stultitiam tantam.

Quid ð 2[a] ¶ Ad 2[m]. Auicẽna in phia non puẹ auctoritatis vir vult qp motus et tps et talia nõ generant, qa in his quẹ sunt talia denoiatiue et participatiue est venire ad talia p eẽntiam, et per se. 2. phy si. et qñ qđ generat motu generat et generatiõe etiã. igit motus nõ generat nec generatio generatur, sicut nec albedo est alba. Sz bñ sequit qp mot[9] sit per se generatio, et gñatio per se gñatio per essentiaz, vt albedo per essentiã albedo. ¶ Sz dices. mot[9] est ens de nouo. igitur generat. potest dici qp generatur vel est quo aliud generatur. ad hoc enim qp aliqd sit de nouo, sufficit qp vel generet, vel sit quo alia generantur. rõ vo eo{r} etiã reducit in permanẽtibus sic, qa vel quãdo est, vel quãdo nõ est generat res permanẽs, quare soluat p me et se. Et ad hunc errorẽ labebant ob ignorantiã metaphysicẹ. ¶ Nũc de rigore physico transigamus.

De rigore physico. Põ recentiorum. M Recentiores supponũt duo. at pma suppositio est qp plures formẹ specificẹ nõ possunt stare in eodẽ subto, ac in eodez pũcto materiẹ. pbãt. qa tũc vnũ idiuiduũ eẽt in pluribus speciebus, qa a forma specifica sumit species, et qlibet forma cõstituit spẽm, quare ɔstituẽt idiuiduũ in diuersis spẽbus. Scđa eo{r} suppositio omittit, quia vera.

Intell's ppõnis physicus. ¶ Tũc volunt qp ad gñationẽ vnius cõpositi sequitur corruptio alterius, et ecõtra, nõ tñ ad generationez vni[9] formẹ sequitur corruptio alterius formẹ, hoc pz. nã vbi corrũpitur hõ, generatur cadauer, at ad generationẽ formẹ cadaueris nõ seqtur corruptio humanẹ formẹ, quia rõnalis aia est perpetua. ¶ Propter quẹ dicũt qp hois generatio, et hominis corruptio, et eius nutritio sunt miraculosẹ. quia non sunt propter causam naturalem.

Cõfutatio põnis. ¶ Siue Aristotelis intellectus physicus sit iste, siue ali[9], nõ curo, at videtur qp suppositio eorum sit falsa, et ratio nõ concludat. Scđo videtur qp conclusio non sit in toto vera, vt credunt. Tertio illud quod addunt de generatione hominis est omnino dubium. N

Suppõnis ɔfutatio. ¶ Suppositio qdez est falsa. nam Auicẽna et Auer. 3. cẹli. cõmẽ. 67. et vltimo cõmẽto hui[9] pmi. volũt in misto esse quatuor formas subales elemento{r}. Auer. tamẽ ait. illas eẽ in misto sub eẽ remisso. Auicẽna vo ibi sub eẽ reducto et nõ libero, de quo al's. Nec valet qp tũc mistũ eẽt i pluribus speciebus. est eni tñ in specie vltimẹ formẹ, q sola reponit in specie, et sola ɔstituit. Cẹtera vo disponũt, nõ. n. omnis forma recepta in materia constituit in specie, sed interdum disponit, quia non principaliter insunt materiẹ ppter se, sed pp aliud vltimũ, qđ vltimo cõstituit.

ɔnis expõ. ¶ Cõclusio vo non videtur ex toto vera, qa quãdo dicit nõ ad quãlibet formẹ gñationẽ sequi alterius corruptionez, ppter formã humanã, vel intelligit alteri[9] in nũero, vel alterius in spẽ, vel alteri[9] in gñe, si alterius in numero. eiusdẽ tamẽ in specie, bñ dicit, sed nõ ad Ari[lis] mẽtẽ, et breuiter Ari[les] (vt mihi videt) vult ad cuiuslz formẹ gñationem sequi alicuius formẹ corruptionẽ, siue illa sit eiusdem spẽi, siue alterius. pp qđ intellect[9] Ari[lis] potius est iste. nõ est alicuius gñatio sine alicuius corruptione, nec alicuius corruptio sine alicui[9] gñatione. imõ vbi generat forma cadaueris corrũpunt formẹ siue dispões, quibus rõnalis aia ɔseruat in mã, et ita est alicui[9] corruptio. O

De gnõne bois. ¶ Qđ vo addunt de gñatione hois, videt falsissimuz, p ex parte materiẹ et formẹ. nã miraculũ est effect[9] supra nãz. Si igit generatio hois est miraculosa, erit supra nãm. hoc autẽ stare nõ põt qa vel supra nãm for[e], et hoc nõ, qa rõnalis aia per se est actus corporis, pp qđ pficit in specie, et per se iclinat ad vnionẽ corpis tanqz ad eius pfectibile, vel supra nãz materiẹ, et h mime, qa materia nãliter appetit formã, et nãlius pfectiorez formam possibilẽ eẽ in illa. Scđo, ex pte vtriusqz, dicit enim. 8. metaph. circa finẽ, causa qre ex aliqb[9] efficit vnũ naturalr est, qa hoc actus per se, illud po[a] per se. Sz rõnalis aia est p se actus, et mã p se po[a]. igit vnio est nãlis, et non miraculosa. Tertio, ex pte corruptiõis. corruptio et generatio sunt ɔriẹ respectu eiusdẽ, et ɔria sunt nãlr nata fieri circa idem, pp qđ si vnũ ɔriũ est alicui nãle et alteruz, sz corruptio hois est nãlis, qa a pncipio intriseco. igit et generatio fuit nãlis. multẹ aliẹ rões factẹ sunt in libro de intellu. quas nũc omitto. Quo vo gñatio hois sit nãlis, lege librũ de intellectu. trac. p. libro p. cap. 28. et 29. vbi dictũ est. qp generatio est nãlis pro quãto hoc iducit sũmã dispõnẽ, qua rõnalis aia mox a pmo effundit in corp[9]. et in ibi. P

¶ Tunc ad rões. Ad p[m]. solo pz. qa in relatiuis diuersis rõnibus ɔceditur, nõ tñ in absolutis. ¶ Ad 2[m]. dicũt qp illud nõ seqtur, qa p se ex vni[9] corruptione plura gñantur. ¶ Ad 3[m]. dicunt qp in gñatione eq for[e] subalis embriõis corrũpit, lz forte restet dispões qdã, de qbus postmodũ. ¶ Ad 4[m]. solo pz. nõ eni vnamet for[e] cadaueris manet, lz silis vi. ¶ Ad 5[m]. in nutritione hois gñatur cõpositũ ex mã et aia rõnali, nõ pp nouam formẹ gnõnẽ, sz pp nouã formẹ vnionẽ in mã nutrimenti. et tu in libro de itellu. ¶ Ad 6[m]. dicat qp in gnõne cadaueris corrũpit hõ, non pp aiẹ corruptionez, sz pp dispositionẽ, qua aia ɔseruabit, vt diximus, qua vz corrupta desinit iformare. ¶ Ad 7[m]. dõm qp ibi corrũpit vnitas ɔtinui et gñatur non qdẽ color in actu, sz de nouo incipit appere. ¶ Ad 8[m]. dõm qp in accñtib[9] dicit Phs nõ est vle, nisi qñ accñs habz ɔriũ et tale, qp mã nõ possit eẽ sine altero illo{r}. ¶ Ad 9[m]. iã diximus illud Aristo. verbũ nõ vle in accñtib[9], et sic nõ in quãtitatib[9]. ¶ Ad 10[m].

A 10um Aristo. loquitur in generatione quę fit p abiectionez 3m, quo mō nō est illa mūdi genitura. ¶ Ad 11um /dōz q forma pōt eē priuatio nō ad idez, sed ad diuersa, silr z priuatio habit⁹ ad diuersa. ¶ Ad 12um /apud Auerro. dōm q in gñatione pma misti ex elntis elnta corrumpunt, nō qdez corruptiōe tollēte formę essentiā, s; tollēte informationē z denoīationē ꝯcretā. i misto eni restāt elntarię formę apud Auerro. z inhęrēt māę misti, nō tn̄ principalr īformāt nec denoīant denoīatione specifica, qa nulla est pars misti, quę sit ignis vel aqua, s; in quālibet parte misti sit ignis z aqua, eodem modo z de corruptione misti in elnta, nō q formę illoꝝ incipiāt eē, s; qa nūc pmo īcipiunt eē formę actu denoīantes elemēta sub pprīȝs z specificis denoīationibus, vel dicas q in pa mistione, in pmo instāti gñationis misti formę elntarię desinūt, z alię cōsimiles generant, qa pmę fuerūt dispositiones p fieri. Posteriores vo pro cōseruatione in facto, dici etiā pōt, q fuerunt corruptę fm partē, z remanētes fm partē, qa pcessit actio z reactio earuz inuicem B 4° metheoro. cōmen. 10. de hoc latius dicemus in de mistione. Hęc de quęstione.

Recognes ¶ Soluit dubitationez tertiaz, in qua dixit consistere totam vim. z dicit. Quocirca, ppterea q huius corruptio alterius est generatio, z huius gñatio alterius est corruptio. Inquietaz, hoc est sempiternaz necesse est transmutationez esse. Ad formaz autē soluit Philoponus. nā cū dicebat, illud qō corrūpit, in quid corrūpitur. Respondet q illud qō corrūpitur, non corrūpitur in nō ens, sed in aliud ens, qa corruptio vni⁹ est alterius gñatio. In eodez eniz momēto est nō esse formę pcedentis, z esse formę sequentis, non eniz est dare vltimū momētū pmę, z primū momētū scdę. S; qō est primū nō eē pmę, h est primuz secūdę. Cū vo dicebat, cū aliqd gñatur, ex quo C generat, vtrū ex ente vel non ente. Rñdet Philopon⁹, q oē quod generatur ex aliquo ente generat actu z specificato, verum generatur ex ipso, nō quatenus actu est, sed quatenus est potentia id quod generat. nec oportet quod potentia est actu subsistere seorsuz ab oibus, qm semp est cū actu, z simul in poa ad aliud. Est eniz actu p formā priorē, potentia vo p māz. Tūc cōcludit z dicit. De eo igit qō est generationē z corruptionē similr, hoc est semp esse circa vnūquodqz entiuz /hoc est circa vnāquāqz subaz. Tuz simplr. Tuz particulatim (vt Philoponus dicit) hanc. s. māz quę est sub priori forma, existimanduz est sufficientē oib⁹ gñationibus cām, vel ab oibus, q dubitāt. existimādū causaz. ¶ Quo vo ad verba attinet, cū Arīles dicit, circa vnūquodqz entium, non intēdit q vnaquęqz substātia semp generet, ac semp corrūpatur. Sed vult dicere, q gñatio z corruptio nunq̄ D dficiat ab vnoquoqz ente. Hęc est cā, hoc est q semper aliquod ens generetur z corrūpatur aliud, hęc est causa. Verbū illud silr Philoponus p semp legit, q̄q̄ in nōnullis codicib⁹ verbū semp legit, sed non refert.

Text. anti. cōmen. 53. ¶ Propter qd aūt tādē, h qdē simplr dicūt gñari z corrumpi, illa aūt nō simplr, rursus tractanduz /si idē est gñatio qdez huius, corruptio aūt hui⁹, z corruptio qdez hui⁹, gñatio autē huius. q̄rit eni, aliquam rationem.

Dilucida: te L. eiusdē. ¶ Propter qd autē aliquādo hęc qdez simpliciter gñari dicunt z corrūpi. hęc vo non simplr rursus pertractādū. Siqdē idez est generatio quidem huius, corruptio vo huius, z corruptio quidez hui⁹, gñatio vo huius. q̄ret eniz super hoc aliquis rationez. E

Com. 53m. ¶ Soluta qōne accessoria. vz. vtrū gñatio sit semper, z si semp cur non ꝯsumptū est oē, repetit pmā qōnē. z inqt. Propter qd aūt aliqñ, hęc qdem simplr gñari dicunt z corrūpi. hęc vo non simpliciter rursus ptractādū. rōcinatur ad qōnē sic, omnis gñatio quę est huius ex corruptione huius gñatio est fm qd. z corruptio quidē huius ex gñatiōe hui⁹ corruptio est fm quid. Sed per solōnez qōnis accessorię ois gñatio est hui⁹ īquātū est corruptio huius, z ꝯ. igit ois gñatio est fm qd, z corruptio silr.

Recognes F ¶ Scdm Philoponū nō pncipalē qōnē hic Arīles ptractat, vt in cōmentarys asserebamus, sed potius vltimaz qōnem, vtrum oēs generationes subales sint ęq̄les, z si non ęquales, ppter quid (vt inquit) Hęc quidē. s. de numero subarum, simplr dicuntur generari, z corrūpi. Illa autē non simplr, z cur gñationū subaliū alię sūt simplices alię q̄dā. Asserit Arīles hāc qōnē eē rursus tractādā. Cui⁹ cām dicit, qa gñatio vni⁹ si est corruptio alteri⁹, z ecōtra. tūc gñatio ignis erit corruptio aq̄, z gñatio aq̄ corruptio ignis. ergo nulla est pstātior altera. Gñatio. n. ignis cum sit corruptio aq̄, non pōt esse nobilior corruptiōe aq̄. Gñatio vo aquę cū sit corruptio ignis, nō pōt esse nobilior corruptione ignis. ergo tanta est generatio aquę respectu corruptionis ignis, quāta gñatio ignis respectu corruptionis aq̄. Et sic oēs gñatiōes sunt ęq̄les. Ideo Arīles inqt. q hęc qō q̄rit aliquā rōnē. Philoponus vo dicit, q qa gñationes istę vident siles in mō se G hñdi, qa vt gñatio ignis ē corruptio aq̄, sic gñatio aq̄ est corruptio ignis, iō altera nō vr pferēda alteri, z nō pōt dici altera simpliciter, altera fm quid.

Text. anti. cōmē. 54. ¶ Dicimus eniz q corrūpitur nunc simpliciter /z non soluz hoc. z hęc quidez /est generatio simplr, hęc autē /corruptio. hoc aūt, generatur quidē aliqd, simplr autē nō generatur. dicimus eniz discentez, fieri qdem scientem, fieri autem simpliciter /non.

Dilucida: te L. eiusdē. ¶ Dicimus eni q corrūpitur qdē simplr, z nō solum hoc, z q hęc qdem generatio est simplr. Illa vo corruptio. hoc aūt fit qdez aliqd. simplr vo nō fit. dicimus eni discētez fieri qdez scientē. simplr autē fieri non.

Com. 54. ¶ Videt aliqbus q Aristoteles hic soluat, qō stare non pōt. nā verbū eni qō gręce est gar, reddit cām, q̄re vr q H reddat cām maioris, z hoc per dr̄iam iter gñationē simpliciter z gñationē fm qd, q̄ in hoc consistit, q pp gñationem simplr verificat ens sine addito de aliquo, de q̄ prius verificabit nō ens sine addito. Vbi cā. cū equus generatur dicimus q equus nunc primo est ens simplr, z equus prius non erat ens, p oppositū corruptio simplr. at pp generationē fm qd verificat ens cū aliquo addito de aliquo, de quo prius nō verificabat. nā dicim⁹ discentē fieri quidē ens sciens. simplr autez fieri non dicimus, similr ppter corruptionez sit. Ex hac differētia pz maior, q ois generatio huius, hoc est qua aliqd fit ens /hoc ex ente nō hoc, sit generatio fm quid, quę erat maior. z hoc mō Auer. textū hūc paraphrizare vr.

Recognes ¶ Or iste gñatiōes z corruptiones sint siles in mō se hñdi, pbat, qa in corruptiōe aq̄, vt in corruptōe ignis, dicimus q aq̄ corrūpit nūc simplr, z non solū corrūpit h, hoc est, z non soluz desinit esse /hoc. s. calida vel frigida,

I & dicimus et in aqua sicut in igne, q hec qdē est gñatio simplr, cū corrūpit ignis, hec aūt corruptio simplr, cuius gñat ignis simplr, nec corruptio ignis dr simplr corruptio, magis q̄ gñatio aq̄ simpliciter generatio. ergo generationes & corruptiones istorum oēs sunt eq̄les, & sic oēs dicunt simplr, exponit aūt q̄ sit gñatio vel corruptio sm quid, & dicit. Uerum hoc quidem generatur aliquid, vt grāmaticum vel musicum, simpliciter aūt nō generat. dicimus enim qui discit, fieri scientem. Fieri autem simpliciter nō dicimus, at cum aq̄ fit, vel ignis, vtrunq simpliciter fieri dr. ḡ oēs gñatiōes sunt eq̄les in substātijs.

Tex. anti. cōmē. 55. ¶ Quemadmodum igitur determinauimus sepe dicentes q hoc quidem significat hoc aliquid, hoc autem non, propter hoc contingit quod queritur.

K

Dilucida. te. c. eiusdē. ¶ Quemadmodum igitur determinauimus pluries dicentes, q hec quidem hoc aliquid significant. hec vero non, propter hoc contingit quod queritur.

Com. 55[m]. ¶ Rndet ad dubitationē q eorum que sunt, q̄dam sunt hoc aliquid, q̄dam vero non, que hoc aliqd significāt vel sunt hoc aliqd, simplr esse vel significare dicunt. at que non hoc aliqd, sed q̄le, vel quātū, & id genus signū vel esse dicunt, sm qd sūt vel signt. Ex quo p3 solo q sube est generatio simplr, quoniam sigt vel est hoc aliqd. at accñtis est gñatio sm qd, qa est ens sm qd, & pp hāc differētiam ait contingere qd q̄ritur, & solui problema dictum.

Recognes ¶ Epilogat nunc q̄stionem, & vim q̄stionis. & dicit. Quēadmodum igitur determinauimus sepe, dicentes q eorum que sunt, hoc qdem sigt hoc aliquid. s. suba, que significat ens simplr. hoc aūt nō sigt hoc aliqd. s. ens simplr, sed q̄le, vel quātū, ppter hāc diuisionē ptingit qd q̄rit, nam cū significās hoc aliqd, sigt ens simplr, ois substātia videt ens simplr, & ita oēs gñationes erunt eq̄les in substātijs, cū oēs sint ad subas, que sunt simplr ens. hic est (vt mihi videt) sensus q̄onis, in cōmētarijs vero aliter hos textus exposuimus. Uerum hec expositio magis est ad mentem Philoponi.

L

Text. anti. cōmē. 56. ¶ Differūt enim, in que transmutetur id qd transmutatur. puta forte que in ignē est via, generatio simplex, corruptio autem alicuius est, puta terre. terre autem generatio, aliqua generatio, generatio autem non simpliciter, corruptio autem simpliciter, puta ignis. sicut Parmenides dicit, duo ipsum ens & nō ens, inquiens ignem & terrā. Hec autem aut alia talia supponere, nihil differt. modum enim querimus, sed non subiectum.

M

Dilucida. te. c. eiusdē. ¶ Differūt enim ea in que transmutat trāsmutans, veluti fortasse que in ignem via, generatio quidem simplex est. corruptio vero alicuius vtpote terre. que vero terre generatio, q̄dā est generatio, sed non simpliciter gñatio, corruptio vero simplr, vtpote ignis, quemadmodū Parmenides ait. duo ens & non ens esse inquiens, ignem & terram, hec iam vel talia alia supponere differt nihil. modum enim querimus, sed non subiectum.

N Cō. 56[m]. ¶ Uerificauit q̄stionem. s. quomodo sit gñatio simplr & q̄uo sm qd, volēs q gñatio simpliciter sit ad ens simpliciter, qd est hoc aliquid. gñatio sm qd, ad ens sm qd, qd est ens quale vel quātū, & id genus. Assignat nunc rationem solonis. Et hoc p̄mo quo ad formas ignis & aq̄, 2° quo ad materias. & inqt. Differūt enim ea in q̄ trāsmutās trāsmutat, hoc est. differūt termini ad quos, igitur et transmutationes, sed ea in que trāsmutat trāsmutās differūt penes simplr & sm quid. igit & trāsmutatiōes, & hoc declarat exemplo Parmenidis dicēs. Ueluti fortasse q̄ in ignem via, generatio quidem simplex est, qa ad ens simpliciter. corruptio vero alicuius, vtpote terre, que vero terre generatio, quedam est generatio, quia ad ens sm quid, sed nō simpliciter generatio. corruptio vero simpliciter, quia entis simpliciter. vtpote ignis, qd auctoritate Parmeni. pbat. d. Quēadmodum Parme. ait. duo ens & nō ens esse inquiens, ignem & terram, volens per ignē ens, & per terram non ens, & quia visus est exemplo falso Parmeni. quasi se excusans. inquit. Hec iam falsa vel alia talia supponere, differt nihil. modum enim q̄rimus quo discimus, sed non subiectum, qd discimus. hoc est, hec indicimus vt discamus, non autem vt ita sentiamus. Sic igitur patet generationem simpliciter esse ad ens simpliciter, qd est ens perfectum hoc aliquid, generationem sm quid esse ad ens sm quid, qd est tale vel quantum. Colligit hic Auerroes paraphrasticans, q generatio sm quid, & generatio simpliciter tam in substantia & accidente sunt, q̄ in substantijs solis, vt patuit de ignis & aque vel terre generationibus & corruptionibus, qd hac ratione patet, quia eiusmodi generationes differunt penes differentiam terminorum ad quos, sed ignis & terra ita differunt, q ignis respectu terre, dicit esse simplr & terra sm quid, quare & gñationes etiā ita differunt.

O

P

Recognes ¶ Hic soluit q̄onem sm Phm, & vult q trib' modis generatio simplr in substātijs differt a gñatione sm qd, & tribus a corruptione, corruptio, & oēs iste differentie sumunt a differētia terminorum ad quos, vñ lra sic ptinuetur, ppter hoc cōtingit, qd q̄ritur, sed non est ita. Cuius cām dicit. & inqt. Differūt enim ea in que transmutat id, quod transmutat, & sic l3 omnes generatiōes sint ad substantias, tñ termini ad quos differūt, sed q̄ sit p̄ma dñia difficultas est. Aliq enim dixerūt, q differūt penes formale & māle, nā l3 oēs termini ad quos sint sube, aliq̄ suba ē formalior vt ignis, & aliq̄ mālior, vt terra, & nūc generatio ignis dicet simplr, & nobilior, qa entis nobilioris ac formalioris, gñatio vero terre ignobilior, qa est ens mālioris. ¶ Reprobat hāc expōnē Philoponus, & bñ, qa Arist. in p̄nti textu de formaliori & māliori nihil meminit. ¶ Aliter ḡ Alexāder, & Philoponus volūt q p̄ma dñia sumat ex eo q in substātijs aliqs termin' ad quem se h3 vt ens, veluti ignis, & aliquis vt nō ens, vt terra in opiōne Parme. gñatio ḡ ignis ex terra dicet simplr, qr ignis, & corruptio sm qd, qa terre. Cōtra. gñatio terre ex igne dr sm qd, qa terre q̄ est vt nō ens, & corruptio simplr, qa ignis, q est vt ens. & sic dñt. vñ dic. Dñt. n. ea, in q̄ trāsmutat, id qd trāsmutat, & sic subales gñatiōes nō sunt eq̄les, qa termini ad quos dñt, & exponit p̄mā differentiā, ex eo, qa aliqs termin' ad quē, vt ens, aliqs vt non ens habetur. & dicit. Puta forte que in ignē est via, generatio simplex est. quia ad substātiam, que se habet vt ens, hec eadem est corruptio alicuius, & sm qd, puta terre, que se habet vt non ens, & sic de terra, nā terre generatio est aliq̄ gñatio & nō gñatio simplr, quo terra est vt nō ens. Corruptio autem est simplr, puta ignis, q se h3 vt ens, & sic vnamet trāsmutatio est gñatio simplr, &

p° expō.

Reprobatio p° expō. p Philoponum.

2° expositio Alexā.

Q

A corruptio ꝯm quid. Sĩlr vnamet trāsmutatio est corruptio simplr, ꝛ gñatio ꝯm qd, exponit hanc differentiam exemplo sumpto ab opinione Parmenidis. ꝛ inqt. Sicut Parme. dicit duo rerum principia, ipsum ens ignē, ꝛ nō ens terram vz. Ubi patet bene dictū esse generationem terrę esse ꝯm quid, qa est eius qđ est vt non ens, generationem ignis esse simplr, qa est eius, qđ est vt ens, quia quis posset dicere. Hęc Parme. non dixisse, ideo excusat se. d. Hęc autē, aut alia talia supponere, nihil dīt, ħ ē siue hęc dicat Parme. siue nō dicat, nihil refert, qa nos q̄rimus differētiaz terminoꝝ ad quos, sed non subiectum, hoc est, non autē ipsos terminos, qui differunt, quos hic subiecta appellat. Hęc est expositio Philoponi, ea ꝟo quā dedimus in cōmentarijs, non est mala.

B

Tex. anti. com. 57. ¶ In non ens igitꝰ simplr, est corruptio simplex, in simplr antez ens, generatio simplex. Quibꝰ igitꝰ determinata sunt, siue igne ꝛ terra, siue alijs qbusdā, hoꝝ erit hoc qdē ens, ħ aūt nō ens. Uno igitꝰ mō differt in hoc, simpliciter gñari ꝛ corrūpi, a nō simplr.

Dilucida. te. c. eiusdē. ¶ Quę quidē igitꝰ in non ens simpliciter via, corruptio simplex est, quę ꝟo in simplr ens, generatio simplex. quibus igitur determinatum est, siue igni ꝛ terrę, siue alijs quibusdā horum erit hoc quidez ens. hoc ꝟo nō ens. vno quidez igitur modo hoc differt simplr fieri ꝛ corrumpi a non simpliciter.

C

Cōmē. 57. ¶ Tunc quasi ꝯcludēs recolligit definitiōes. ꝛ inqt. Quę quidē igitur in nō ens simplr via corruptio simplex est. quę ꝟo in simplr ens, generatio simplex, hę sunt descriptiōes. Tūc addit ea subaudi qbꝰ determinatū est siue igni ꝛ terrę, siue alijs qbusdā subaudi esse, ꝛ nō esse hoc modo sunt ꝙ coꝝ erit hoc quidem ens, hoc ꝟo nō ens, nam cui competit esse, est simplr ens, cui non esse, simpliciter non ens, forte hoc adijcit, quia ad libꝛuz hūc determinare talem rem non spectat, sed ad metaphysicā. Sed hoc vnum tm̄ accipiatur ꝙ cui eē competit, eidem ꝛ ens competere dicimus. cui non esse eidem ꝛ nō ens. Aut forsitan adijcit hoc propter antiquorum positiōes, nam quidaz dixerūt terrā reꝝ pn̄m, vt Hesiodus quidē ignē, ꝛ alij alia, q ponit terrā, dicere cogitꝰ illi cōpetere eē ꝛ ens simplr. q ꝟo ignē, illi eē ꝛ ens. q. d. nūc omittatꝰ, sꝫ accipiatꝰ ꝙ siue sic siue aliter, apud oēs vnum ens dī simpliciter, aliud non ens. Tunc quasi epilogans. inqt. Uno quidez igitur modo hoc differt simpliciter fieri ꝛ corrumpi a non simpliciter in elementis ꝛ ipsis substātijs, hoc est penes terminos ad quos.

D

Recognes ¶ Cōcludit dūiam primā. Deinde remouet dubiū, ꝛ dīc de p̄ma parte, via igitꝰ quę est in nō ens, simplr est corruptio, vt cū corrūpitꝰ ignis, quia desinit esse illud, qđ se hꝫ vt ens. Uia ꝟo in ens simplr, vt ad ignez, est gñatio simplex. ꝙ prima differētia est ex eo, qa alius terminus ad quē est se hn̄s, vt ens, ꝛ alius, vt non ens. Deinde remouet dubium, qa posset aliquis dicere, ꝙ ens ꝛ nō ens non sunt determinata igne ꝛ terra. Solū enim hoc esset veruz in opinione Parme. nam in opinione alioꝝ ens determinatꝰ raro, nō ens determinatꝰ dēso. Rñdet. ꝛ inquit. Quibꝰ igitꝰ rōnibꝰ determinata sunt ens ꝛ nō ens, siue igne ꝛ terra ꝯm Parme. siue alijs quibusdaz. vt raro, ꝛ denso, horum ad quę generationes sunt, erit ħ quidem ens vel vt ens, hoc autem non ens, siue vt nō ens.

E

Tunc epilogat differentiaz p̄maz. ꝛ dicit. Uno igitꝰ mō differt in hoc. i. penes ens, ꝛ non ens simplr gñari ꝛ corrūpi a nō simplr gñari ꝛ corrūpi. Hęc de p̄ma dūia.

Tex. anti. com. 58. ¶ Alio aūt mō materia, qualiscūqꝫ quędam vtiqꝫ sit. Cuiꝰ enīz magis differētię hoc aliquid significant, magis substantia est. cuius autem priuationem, non ens. puta, calidū p̄dicamētū aliqđ ꝛ spēs, frigiditas aūt priuatio. differūt aūt ignis ꝛ terra, hiꝰ differētijs.

Dilucida. te. c. eiusdē. ¶ Alio ꝟo materia qualiscūqꝫ vtiqꝫ sit, cuiꝰ quidez eni differētię magis hoc aliqd significāt, magis substātia. cuius ꝟo priuationez non ens, vt calidū quidem p̄dicamentū qđdam est ꝛ spēs. frigus ꝟo priuatio. differūt ꝟo terra ꝛ ignis ijs differentijs.

F

Com. 58m. ¶ Dictum est ꝙ generationes ignis ꝛ terrę differunt penes terminos. Uno modo, eo quia ignis vt ignis est ens ꝛ perfectius ipsa terra. Secundo differunt penes materias ex quibus sunt. naz ignis ex calido constat. terra ex frigido, at calidum magis videtur simile substantię, qa est vniuersale quoddam ꝛ species siue forma. frigidum ꝟo magis videtur priuatio, ꝛ tunc syllogismus Aristotelis est iste. Omne illud cuius materia siue differentię materiales magis significant hoc aliquid, magis est substantia, sed differentię siue materia e quibus ꝯstat ignis magis significat hoc aliquid, igitur magis substantia. inquit. Uno quidem modo generationes ignis ꝛ terrę differunt quo ad terminos quo ad simpliciter ꝛ ꝯm quid. Alio ꝟo differunt materia, ꝛ hoc q̄liscunqꝫ vtiqꝫ sit materia, hoc est qualitercūqꝫ materia accipiatur, siue p differentijs quibus constat aliquid, quomodo calidum et siccum dicunt materiam ignis, frigidum ꝛ humidū materiam aquę, siue accipiatur materia pro subiecto. quasi dicat, loquor de materia large. Tunc accipit maiorez. d. Cuius quidem enīz differentię magis hoc aliquid significāt. est magis substantia. cuius ꝟo differētię significāt priuationem, est magis non ens ꝛ minus substantia, vt calidum quidem p̄dicamentum quoddā est, hoc est forma ꝛ species, frigus ꝟo priuatio. Deinde addit minorez dicens. differunt ꝟo terra ꝛ ignis his differētijs tāqꝫ materijs, igitur ignis magis est substantia q̄ꝫ terra.

G

Nota. ¶ Debes scire ꝙ ignis ꝛ terra possūnt considerari dupliciter ꝛ quo ad formas, quibus ignis est ignis, ꝛ terra est terra, ꝛ sic dictū est ꝙ generatio ignis est generatio simpliciter, ꝛ generatio terrę est generatio ꝯm quid, nam generatio ignis est ad formaz quę est simpliciter ens, ꝛ generatio terrę ad formam quę est non ens respectu ignis, ꝛ hic est vnus modus. Secundo modo possunt considerari quo ad materias, quibus constant, vt quo ad qualitates siue differentias, ꝛ sic secūdo modo etiam generatio ignis est simpliciter, quia ignis constat calido, qđ respectu frigidi perfectius est, generatio terrę ꝯm quid, qa constat frigido, quod est magis vt priuatio. Et hoc modo declarauit nunc. quibus patet ꝙ nō sunt tres modi, quibus differt generatio ꝯm quid a generatione simpliciter, vt recentiores credūt ex malo intellectu literę.

H

2° nota. ¶ Secundo animaduerte ꝙ Auerroes in paraphrase 18. reddit causaz quare ignis vt ignis sit forma p̄fectior terra, qa indiuidua, in quoruz mistione vincit ignis, perfectiora sunt in esse, q̄ꝫ ea in quorum compositione vincit terra. Secundo reddit causam cur calidum sit perfectius frigido, quia actio ignis, quę est calor, propinquior

I est ad esse, q̃ actio aquę vel terrę quę frigus, frigus enim quidam est defectus caloris.

Dubiōnes 3 Auer. ¶ Sed hęc Auerrois dicta falsa videntur. Primum quidē quia omnium mistorum perfectissimus est homo, vt medici dicunt, & tamen in hoīe terra plus exuperat. ¶ Secundo seq̄retur q̄ cholericus eēt perfectior temperato, quia in eo superexcedit ignis. ¶ Scdm vero, quia sicut calor est actio ignis, sic frigus aquę. igitur sicut calor igni est eē, sic frigus aquę vel terrę, igitur ęquales ambo, propter qđ. non magis frigus caloris, q̃ calor frigoris priuatio est.

¶ Dici potest p̄mo q̄ forte Auer. loquitur in mistis inanimatis, vbi patet calidiora & magis ignea perfectiora esse. Secūdo dici potest q̄ cōparat distēperata inter se, vbi vult q̄ vbi ignis excedit perfectius sit, q̃ vbi terra, & tunc forte diceret q̄ homo quantum ad hoc sit imperfecti⁹ alijs vbi ignis exuperat, sȝ in alio excedat, vel forte in hoīe excedit ignis quo ad actiua, terra vero q̄ ad motiua.

K ¶ Ad 2ᵐ diceret q̄ calefacere est magis ad esse, quia vitę & naturę opus est. at frigere cum sit opus mortis, nō ad esse facit, propter qđ priuatio videtur magis.

Recognes ¶ Secūda differentia sumitur ex eo. quia aliqua substantia est melior & magis substātia videt̃, alia minus & deterior, gñatio ergo, quę est ad subaȝ meliorem, erit generatio simpl'r, q̃ ad deteriorē, erit gñatio ſm qd. Similimō corruptio, q̃ est subę melioris, simplex dicit̃, quę vero est deterioris, dr̃ ſm quid. vñ dicit. Alio aūt modo generari simpl'r & corrūpi simpl'r a nō simpl'r gñari & corrūpi differūt in mã, qualiscūq3 q̄daȝ vtiq3 sit. Et p mãm, mãlem dñiam itelleximus in cōmētarijs. Philoponus aūt per mãm itelligit ipsa elnta, quę sunt mã mistorum corporum. q. d. alio mō simpl'r generari & simpl'r corrūpi differūt a nō simpl'r generari & corrūpi in ipsis elntis, q̃ generant̃ & corrūpunt̃. Et exponit quo mō. & dicit. nam elntuȝ, cui⁹ differētię magis significāt hoc aliqd, magis suba est, elemētū vero cuius differentię sigñt magis p̄uationem, & nō ens est minus suba, cui⁹ exemplū ponit, et dicit. Puta calidū p̄dicamentū aliqđ est, & spēs, & sic videt̃ magis suba. Frigiditas vero est magis priuatio, & sic est minus suba. Differunt aūt ignis & terra his differentijs. q̄ ignis est magis suba q̃ terra. quare gñatio ignis & ei⁹ corruptio dicent̃ simpliciter. Gñatio vero & corruptio terrę dicent̃ ſm qd, sunt q̄ dixerunt scdam dñiam accipi penes simplicius, & cōpositius, vt dicatur illa simpl'r generatio vel corruptio, cuius termin⁹ ad quē est substantia simplicior, illa vero ſm qd, cui⁹ termin⁹ ad quē est substātia cōpositior. Quā expōnem nō laudat Philopon⁹, cum non possit nec verbis Aristotelis, nec eius exemplo

L

M accōmodari, vt intelligenti patet.

Tex. anti. cōmen. 59. ¶ Videt̃ autem multis, magis sensato & non sensato differre. quādo eni in sensatā trāsmutatur materiā, generari inquiunt. quādo aūt in non manifestā, corrumpi. Ens eni & non ens, in sentire & non sentire determināt. quēadmodū scibile quidē ens, ignotuȝ autem nō ens. sensus eni, scientię habet virtutē. Quēadmodū igit̃ illi in sentire vl' posse & viuere, & esse existimāt, ita & res modo quodā p̄sequētes veritatē, id aūt dicētes nō verum.

Dilucida: t. c. eiusdē. ¶ Multis vero videt̃ magis, ea p sensatum & nō sensatū differre. qñ quidē eni in sensibilē mutat̃ mãm generari aiūt, quādo vero in nō sensibilem corrūpi, ens eni & nō ens sensibilitate & nō sensibilitate determinant, quēadmodū scibile quidem ens, nō scibile nō ens, sensus enim scientię vim habet, quēadmodū igit̃ ipsi in sentire vel posse, & viuere & eē existimāt, sic & res, modo quodā veritatē p̄sequentes in modo alio nō verū dicentes. N

aliquo quanto/ſed non carne quanta.

Dilucida: te c. eiuſdē. ℂ Quantū ꝟo quod qdeꝫ vniuerſale,nō fit,
quemadmoduꝫ neqꝫ animal qđ non ſit ho/
mo,aut aliqđ ſingularium,ſed ſicut hic/vni/
uerſale,ꝛ ibi/quātū.Caro igiť ꝛ os aut ma/
nus aut neruus ꝛ his ſimilaria,appoſito q/
dē iā aliquo quanto,ſꝫ nō carne quanta.

Com.116. ℂ Dixit de auctiuo,deqꝫ augendo,ac de mō auctiui ꝛ au/
gēdi,nūc de ſubiecto auctionis apponit.ꝛ vult ꝙ ſubtuꝫ
auctionis nō eſt quātū abſtractuꝫ a mā̄ phyſica,nec for/
ma ipſa,ſed ꝯpoſitū hñs formā quātā,vt caro/ꝛ os/ꝛ cę
D tera id genus,qđ ꝓbat ſic,ſicut vlē abſtractū nō gñatur
nec vt ſubtū gñationis,nec vt termin⁹ gñationis,ſic nec
quātū vlē ſeparatū a mā̄ phyſica augeť.igiť ſicut vlē ꝯ/
crtum gñať,ſic quātū ꝯcrtum ad mā̄m phyſicā augeť(in/
qt)Quātū ꝟo qđ qdem vlē,nō fit,quēadmodū neqꝫ
animal fit vlē qđ nō ſit hō,aut aliqđ ſingulariū.Lra grę
ca ſic ſonat,lꝫ nō ſic formalr dicat,vt pꝫ,ſed ſicut hic in
gñatione vlē fit.ſ.dū cōtrahiť,ſic ꝛ ibi quantū augeť dū
cōtrahiť ad mā̄m phyſicā.Tūc cōcludit veꝝ ſubtuꝫ au
ctionis.d.caro igiť ꝛ os,aut man⁹ aut neruus,ꝛ his ſimi/
laria,q̄ ſunt ptes formales,augenť veluti ꝓpa ſubta au/
ctionis.Appoſito qdē aliquo actu quāto vt cibo , ſꝫ non
appoſita actu carne quāta,qa cib⁹ nō eſt caro actu ſꝫ po
tētia,lꝫ ſit actu quātus.Et ſic pꝫ ſubm auctionis.

Recognes ℂ In cōmentarijs diximus vno mō,at ſm Philoponū
Ariſtoteles hic remouet qōneꝫ,dictū eſt enī ꝙ augumētatio
fit corporeo,cōtra obijciet quis,augumētatio eſt gñatio
quāti,oīs aūt gñatio alicui⁹ eſt ex nō tali vt gñatio albi

E ex nō albo,gñatio dulcis ex nō dulci,augumentatio eſt
gñatio quāti.g̃ augumētatio erit ex nō tali/hoc eſt ex nō
quāto,q̄re augumētatio nō fit corporeo.Rñdet ꝙ ſi ge
neratio eēt vliuꝫ,oporteret vere ꝙ id qđ fit actu quātū
aliqd fieret ex nō quāto,qm̄ ꝟo neqꝫ quāti vlis,neqꝫ al
terius cuiuſuis vlium gñatio eſt/nihil abſurdū eſt vt id
qđ fit quātū fiat ex quāto.Caro enī quāta non ex carne
quāta fit,ſed ex cibo quāto,ꝛ ita fit ex nō quāto tali.ſ.ex
nō quāta carne,cuꝫ quo tñ ſtat,ꝙ fiat ex quāto cibo(in/
quit)Quātū aūt vlē qdem nō gñať,ſic enim oporteret
fieri ex nō quāto ſimplr,quēadmodū nec aīal gñať,qđ
nec ſit hō,nec aliqđ ſingulariū aīaliū.Sed vt hic.ſ.in ge
neratiōe aīalis gñať vlē.ſ.gñatione alicui⁹ ſingularis,ita
ꝛ illic quātuꝫ gñať ſingulare.ſ.qđ eſt caro,aut os.Tunc
ꝯcludit reſpōſionē(ꝛ inqt)Caro igiť ꝛ os,aut man⁹,aut
F neruus,ꝛ hoꝝ homęomera aduenięte qdē aliquo quā/
to gñanť,ſed nō carne quāta.g̃ augumētatio q̄tenus eſt
quāti gñatio,eſt ex quāto,ꝛ ex nō quāto,ex nō quāto q/
deꝫ tali,nā cū augeť caro ex nō carne augeť.qa ex cibo,
qui nō eſt caro,ex quāto ꝟo ſimplr,qm̄ quātū in eo qđ
quātū nō fit.Aiaduerte(vt Philoponus inquit)ꝙ dñia
eſt iter aīal ꝛ corpus ſiue quātū,nā aīal fieri pōt ex non
aīali,fit enī aīal ex ſemine,qđ eſt nō aīal ſimplr,at quā/
tuꝫ fieri nō pōt ex aliquo ſimplr nō quāto,qm̄ corp⁹ vt
corpus nō eſt gñabile,aīal vt aīal eſt gñabile,ideo aīal
fieri pōt ex aliquo ſimplr nō aīali,corpus aūt ꝛ quantū
fieri nō pōt ex aliquo ſimplr nō quāto,at nō corporeo.
Qđ aūt corpus vt corpus nō ſit gñabile,ꝓbat Philopo
nus,qa corpus trine dimēſionatum eſt materię coęter/
num,ꝛ ita cum Auerroe concordat de trina dimenſiōe
ꝙ ſit coęterna materię.

G Text' anti. cōmē. 117. ℂ Scdm̄ id igitur ꝙ potētia vtrūqꝫ eſt.ver/
bi gratia/quanta caro,ſic auget.eteni,quātaꝫ
oportet generari ꝛ carnem.ſm autem ꝙ ſo/
lum caro eſt,nutrit.etenim ſic differunt,cib⁹
ꝛ augumentatio ratione.

Dilucida: te c. eiuſdē. ℂ Quatenus igiť quidē potentia eſt vtrūqꝫ,
vt quanta caro,ipſum quidem auget.eteniꝫ
quantam oportet generari ꝛ carnem,quate/
H nus ꝟo caro tm̄ nutrit.nutrimentū eniꝫ ipꝫ
ꝛ augumentum ratione diſcrepant.

Com.117. ℂ His actis,nūc quo differūt nutrimētū ꝛ augumētū de/
clarat.idē eniꝫ ſm ſubtū eſt nutrimētū ꝛ augumētuꝫ,vt
cibus.Ipſe enī qua rōne eſt potētia quāta caro,eſt augu
mentū ac obiectuꝫ potētię auctiuę.Qua ꝟo eſt potentia
caro tm̄,eſt nutrimētū obiectūqꝫ potentię nutritiuę.Et
hoc inqt.igiť cib⁹ qui gręce trophe nūcupatur, quaten⁹
qdeꝫ potētia eſt vtrūqꝫ.ſ.caro ꝛ quātū/hoc eſt quatenus
eſt potētia quāta caro,vt quāta caro,ipm̄ qdeꝫ auget,et
gręce auξeſis.latine augumentū,vñ augumētū nō ꝑ au/
ctione,ſed ꝑ obto auctiuę potētię ſumiť,vt nutrimentuꝫ
eſt obiectū potētię nutritiuę.Reddit rōnē dicens,eteni
quātam oportet generari ꝛ carnem.igiť augumentū de/
bet eſſe caro quanta potentia.quatenus ꝟo cibus eſt po
tentia caro tm̄,nutrit.Et ſic concludit, nutrimentū enim
ipſum ꝛ augumentū ratione diſcrepant.Uerbū gar gręce,
multotiens vim habet illatiuam,vt hic.

Recognes ℂ Scdm̄ Philoponū Ariſtoteles hic vult ponere dñiam inter
nutrimētū ꝛ augumētatiuū,ꝛ vult ꝙ nutrimētuꝫ ꝛ augu
mentatiuū ſint ſubto idē,differūt ſola rōne.Panis eniꝫ
quo eſt potētia caro quāta,eſt augumētatiuum,qua ꝟo
eſt potētia caro ſeorſuꝫ ꝛ abſolute eſt nutritiuū ſiue nu/

I tritiuũ. vñ dicit. Scōm id igiẗ q̃ cib⁹. s. panis est potentia vtrũq3. s. caro quāta, sic auget, & dĩ augumẽtatiuum. Quatenus vo est potẽtia solũ caro, nutrit, & diciẗ nutritiuũ. Eteni sic differũt cib⁹ & augumẽtatio. idest ita differũt nutritiuũ & augumẽtatiuũ, sicut differũt caro & quāta caro. Caro eniз absolute, & quāta caro rõne differunt, subto vo eadẽ sunt, sic cibus quo est augumẽtatiuum, & quo est nutritiuũ subto eadem sunt, ratione differũt, intellexit enim per illud verbuз augumentatio, augumẽtatiuum, vt Philoponus exponit.

Tex.anti. com.118. ℂ Ideo nutriẗ qdẽ quousq3 saluaẗ/ & qd diminuiẗ, augumẽtaẗ aũt non semper.

Dilucida: te.c.eiusdẽ. ℂ Idcirco enutriẗ qdeз quousq3 vtiq3 pmanet & diminuiẗ. Augeẗ vo semp nequaq̃.

Com.118. ℂ Verbũ grecũ dio, q̃q̃ latine sit ideo vel ppterea, habet vim aliqñ confirmatiui aduerbij, & sic accipiẗ hic p ppterea, & tũc idẽ pbat Ari[les] sic, si augumentuз nõ differt K a nutrimẽto, tunc q̃ durat nutrimẽtũ, tā durat augumẽtum. Sз h est falsuз, qd ostẽdit dicẽs. Nutriẗ qdeз quousq3 viuens vtiq3 permanet/ siue crescat/ siue diminuatur. augeẗ vo semp nequaq̃, sed solũ vsq3 ad psistẽtiaз. igiẗ nutrimentũ & augumentũ differũt ratione.

Recognes ℂ Scōm Philoponũ q̃st soluiẗ pblema, pp qd semper vsq3 ad finẽ vite aial nutriẗ, non aũt semp augeẗ. Rñdet, q̃ tādiu cib⁹ auget, & aial augeẗ q̃diu cib⁹ operatur ſm vtrũq3. s. ſm carnẽ & quātũ, cũ vo ſm carnẽ tm̃, tũc nutrit, & non auget, nec aial augeẗ. vñ dicit. Ideo viuens ipm nutriẗ qdeз quousq3 saluaẗ, & etiam quousq3 dimi-

L nuiẗ, hoc est vsq3 ad finẽ vitę. Augumẽtaẗ aũt nõ semp nisi quousq3 nutrimentũ operaẗ vtrũq3. s. carnẽ & quātuз, vñ (vt Philoponus inqt) cũ maius fuerit, qd dissoluiẗ, q̃ id qd instauraẗ, nõ amplius cib⁹ auget, iterũ cum fuerit ęq̃le, minime augeẗ. at cũ id qd instauraẗ fuerit maius, tũc cib⁹ auget, vt postea patebit, qa vo nõ semp cibus operaẗ vtrũq3, ideo nõ semp vsq3 ad finem vitę auget, qa vo alterũ. s. instaurationẽ carnis vsq3 ad fineз vitę operatur, ideo semper nutrit. Causa vo, cur alteruз tm̃ vsq3 ad finem operetur, dicemus.

Tex. anti. quus.c.119. ℂ Et nutrimentũ, augumentationi ideз quidem est, esse autem aliud. Scōm eniз q̃ est id quod aduenit, potentia quāta caro, augumentatiuũ carnis est. Scōm autem q̃ solũ potentia caro, nutrimentum.

Dilucida: te.c.eiusdẽ. ℂ Igitur nutrimentuз idem quideз est augumento, sed esse est aliud. naз quatenus qdeз

M ipsum adueniens est potẽtia quanta caro, illud quideз erit carnis auctiuũ. quatenus vo potentia caro tm̃, nutrimentum est.

Com.119. ℂ Verbũ grecũ και, lз latine sit et, vel atq3, quādoq3 viз hз illationis, & accipiẗ pro igiẗ. Ideo videẗ q̃ Ari[les] nũc inferat differẽtiā dictā & repetat eām differentie (& inqt) Igiẗ nutrimentũ, ideз qdeз est augumento in subiecto, sed esse siue rõne est aliud, nam quatenus qdem ipsum adueniens vt cib⁹, est potẽtia quanta caro, illud erit carnis auctiuum, & dĩ augumentũ. quatenus vo est potẽtia caro tm̃, nutrimentum est, & sic nutrimentuз & augumẽtum subiecto idem sunt, ratione vo differunt.

Recognes ℂ Repetit differẽtiā inter augumentatiuũ, & nutritiuuз, & vult q̃ eadẽ subto sint, rõne vo differunt. Quo vo ad verba attinet, cũ Ari[les] ait. Scōm eniз q̃ id qd aduenit, scз cib⁹ est potẽtia quāta caro, nõ itelligit (vt Philoponus inqt) q̃ cibus sit potentia quāta caro, ita vt ipse nõ N sit actu quantus, sed intelligit, q̃ non est actu quanta caro, tamẽ propria quantitate est quantus.

ℂ Hoc autẽ spẽs sine mā, vt fistula, potentia aliqua in mā est. silr, & aliud qdcunq3 organum. Si auteз aliqua aduenerit materia existens potentia fistula/ habens & quantuз potentia, hę erunt maiores fistulę. Si autẽ amplius facere non potest, sз vt aqua vino semper amplius mista in fine aquaticum facit & aquam, tunc diminutioneз facit quanti/ species autem manet. Tex.anti. com.120.

ℂ Species vo ipsa sine mā est, vt imālis q̃dā potẽtia, in mā est. si itaq3 mā q̃dā aduenerit, quę sit potestate imālis, habensq3 quantum ipsum potentia imāles eiusmodi erunt maiores. Si vo non amplius agere poterit, sed veluti aqua vino semper plus mista, tādem aquosum agit & aquam, tunc diminutionem facit quanti, lз species maneat. Dilucida: te.c.eiusdẽ. O

ℂ Dictũ est q̃ augendũ tāgens cibum sua forma puertit ipsum in sui spẽm & patiẗ ab illo, & ita agit & patiẗ. ppterea nũc declarat qualis sit illa forma, qua mẽbrũ cõuertit cibum in sui spẽm vt soluat hoc (& inqt) Spẽs vo ipsa mẽbri, q̃ est forma mẽbri, sine mā est vt forma, at vt imālis q̃dam & particularis potẽtia, est in mā. Igiẗ forma mẽbri rõne qua forma sine mā est, rõne qua potẽtia particularis est in mā, & sic rõne qua forma agit in nutrimentũ, rõne qua in mā est, patiẗ ab illo, & ita nõ icõuenit agẽ & pati, alia atq3 alia rõne. Hinc pcludit differẽtiā iter auctionẽ, & diminutionẽ, & inqt (Si itaq3) qd grece est de, sз sensus est itaq3. si itaq3 mā q̃daз aduenerit, q̃ sit potestate illa forma imālis. hoc est q̃ sit capax illi⁹ formę, sit tm̃ ipsa mā adueniens hñs quātũ in potẽtia vt mẽbrũ hoc. quę mā sit quāta & talis potẽtia, q̃le mẽbrum in quo est forma, ptes imāles hoc est formales erũt maiores, nam forma illa informabit mām additā, & reddeẗ totũ mai⁹. Si vo nõ amplius agere poterit restaurando maius q̃ deperditũ sit, sз sit veluti aqua vino semp admista, quę addẽdo & addẽdo tandẽ facit vinum aquosum, & totum aquā, si inquā ita est, tunc diminutionẽ facit quāti, lз forma ipsa maneat vsq3 ad finẽ vitę. ℂ Aduertẽdũ q̃ sicut vinũ per mistionẽ aq̃ fit ipurũ & minoris potentię q̃ erat, & tādẽ tāta fiet admistio aq̃ q̃ nõ põt ampli⁹ illam cõuertere, sed fit aquosum & fit aqua, ita mẽbra p alimẽti admistionẽ ptinuā fiũt minus pura & ibecilliora, adeo q̃ aīa nõ hз vim cõuertẽdi, lз habeat vim resoluẽdi. Inde mors surgit, ppter quā acquirunt impuritatẽ mẽbra. hinc in educatione ipsa plures sunt animę stat⁹. Prim⁹ est/ quādo põt plus cõuertere, q̃ sit deperditũ. & hic status est auctionis ipsaq3 ab aīa ob mẽbrorũ robur. Scōs est/ quo tātũ pcise restaurat, quātũ fuit resolutũ, qui cõsistentię est. Terti⁹ est/ quo ppter mẽbrorũ impuritatem plus resoluit, q̃ possit restaurare, & hic est vltimus. Com.120. P Q

ℂ Ex hoc cõstat idem realr eẽ nutrimẽtũ/ augumentũ/ & minuimentũ. vt cibus ea rõne q̃ potẽtia caro vel membrũ, est nutrimentũ. ea rõne qua potẽtia caro quanta, est duplr vel quāta minus, & sic est minuimẽtũ. Qua vo ratione est potẽtia quāta caro magis, est augumẽtũ. Verũ vo auctiua & diminutiua potẽtia & nutritiua differũt re

e ratione

A a rõne ⁊ inter se ⁊ ab aia.in libro de aia perquirat̄.Sunt qui formã aiunt aliã esse po⁹ mãlem vt est illa lapidis ⁊ ignis,⁊ hec qa nimis materie imersa non põt de mã in mãm migrare.Est ⁊ alia,q̃ est po⁹ imãlis vt aia ipsa,q̃ ꝑpter eius imãlitatem potest migrare de mã in mãm, hec facit auctionem,q̃ res bona est,sed nihil ad Arist.cũ eoꝝ textus falsus sit,vt pꝫ in nostra trãslatione.℄ Circa hec q̃runt primo/vtrũ auctio sit generatio,⁊ ꝙ sic arguunt.p/qa auctio est alicuius corruptio.igit̄ alicui⁹ generatio,qa corruptio vnius est gñatio alterius.añcedẽs pꝫ. qa auctio est corruptio alimẽti.℄ Scdo/diminutio est corruptio.igit̄ auctio est gñatio.ꝯña tenet,qa sicut oppositũ in opposito,ita ꝑpositũ in ꝑposito.añcedens declarat̄,qa diminutio fit aliq̃ recedente.℄ Tertio/auctio est motus ad subam.nã per auctionẽ aliqua ps substantie acqrit̄.Sed oĩs motus ad subam est gñatio.igit̄ auctio est gñatio.℄ In ꝯriũ est Arist.nam suba nõ est dimẽsio.igit̄ gñatio nõ est auctio,nec eꝯ.℄ In hoc questito recentiores tenẽt ꝙ auctio est realis gñatio ptis maioris substantie q̃ est deperdita,dũ tñ ipsa sic fiat ꝙ pars q̃ generat̄ ptibus q̃ ꝑterierũt continuet̄.hinc magis ad generationem dicunt,siue generationem in hoc vt dicebat Arist.q̃ gñationẽ.℄ Hãc põnẽꝫ,pbãt.ꝑ/oĩs ꝯuersio nutrimẽti in maiores ptes corporis aiati,q̃ sunt deperdite est generatio.Oĩs cõuersio nutrimẽti in maiores partes corporis aiati,q̃ sunt deperdite est auctio.igit̄ auctio est gñatio.in tertia figura.maior pꝫ,qa illa cõuersio est corruptio nutrimẽti ⁊ gñatio partiũ.minor est definitio auctionis.℄ Scdo/illud quo existẽte est auctio ⁊ quo non existẽte non est auctio,oĩb⁹ aliis seclusis est vera auctio. Sꝫ gñatio maioris ptis aiati q̃ fit deperdita est eiusmodi,vt pꝫ,igit̄ auctio est gñatio.Sic igitur ꝯcludũt ꝙ vnamet gñatio partialis fit ad subam respectu sube q̃ ꝑ eaꝫ

C incipit esse.Et fit ad quãtitatẽ in ordine ad totũ cõpositũ qd per eã fit maius.℄ Sꝫ hec positio apud me est mãca,ac diminuta ⁊ falsa.Manca quidem,qa per hãc non apparet vtrũ pars carnis maior,q̃ icipit esse per auctionem,incipiat esse per hoc ꝙ eius forma incipit eẽ,aut ꝙ forma antiqua icipiat esse in mã noua eius.Falsa ꝟo qa apud Auerroem motus ⁊ terminus motus nõ differũt, nec numero,nec specie,imo sunt idẽ real̄r.5.phyficoꝝ. cõmẽ.9.tũc arguo.vel acquisitio quãtitatis est acquisitio sube.vel alia,si eadẽ.igit̄ suba erit quantitas.nam acqsitio rei est ipsa res vt dixi.Si alia,sed acquisitio sube est gñatio ⁊ acquisitio quantitatis est auctio.igit̄ auctio non est gñatio.℄ Scdo/q̃cunq̃ specie differũt ⁊ gñe conueniunt ꝑprimo nihil vnius est aliquid alterius,sed gñatio ⁊ auctio sunt motus specie diuersi genere cõueniẽtes.igit̄ nulla gñatio est auctio,nec eꝯ.℄ Uidet̄ igit̄ mihi eẽ dicendũ queadmodũ de rarefactione,vt eni rarefactio nõ

D est vnus motus,sed duo,vtpote alteratio ⁊ motus localis,vt enim ad raritatem est,alteratio erit.vt ꝟo ad vbi, motus localis.Sic in auctione sunt due mutatiões,vna est gñatio partis.Alia est acquisitio quãtitatis sub nouo termino.gñatio partis nã ꝑcedit quãtitatis acqsitionẽꝫ, nõ autẽ tpe,sed sunt simul tpe.Uerũ due sunt mutationes.altera acquisitiua substãtie q̃ generatio dicit̄,altera acquisitiua quantitatis q̃ auctio appellat̄.ꝑcedit autẽ generatio ptis ipsaꝫ quantitatis acquisitionẽꝫ,qa suba ꝑcedit accidẽs origine ⁊ tãq̃ subm.℄ Sꝫ mox dubitabis. primo q̃lis sit illa generatio.vtrum.vꝫ.noue forme vel eiusdem in noua mã.℄ Secundo/vtrum successiua an momentanea.videt̄ enim successiua,qa quãtitas successiue acqrit̄.igit̄ gñatio ptis erit successiua.℄ Ad has dici potest vt in l'ra dixit Aristo.ꝙ hec gñatio partis,q̃ natura precedit auctionem est trãsmutatio qua forma mẽbri non fit de nouo.Sed qua antiqua inducitur in noua materia.Et sic est gñatio in hoc,vt dixit Aristoteles.non generatio simpliciter.℄ Ad scdm dici potest/ꝙ forma membri successiue ingreditur materiam augumenti,nõ quideꝫ successione.vꝫ.continua,sed discontinua.quoniã minima naturalia augumenti successiue corrumpũtur. vꝫ.vnum post aliud.nullum tamen illoꝝ successiue corrumpitur sed subito,⁊ ꝑm hoc subito ingredit̄ materiaꝫ augumenti forma membri,ita nõ sequitur ꝙ auctio fiat subito.nam auctio fit post generationeꝫ partis membri ex augumento extendendo tam partem nouam q̃ antiquam,vt dicit Auerroes.Et sic patet ꝙ auctio illa q̃ consequitur conuersionem alimenti momentaneam,subito fit,vt illa conuersio.que ꝟo consequitur conuersionẽ alimenti factaꝫ pluribus momentis,est auctio successiua quidem,sed discontinua,⁊ hec est sententia Auerrois octauo phyficoꝝ.cõmẽto.23.vbi vult ꝙ solus motus localis sit vnus ⁊ successiuus ac continuus.℄ Ad ratiões. Ad primam maiorem concederem,sed negarem minorem,nõ eniꝫ auctio est illa conuersio nutrimenti, sed cõsequens ad conuersionẽ,nisi qs abutatur auctione ꝑ toto aggregato.℄ Ad 2ᵐ maior falsa est apd aliquos existente hoie est risibile,⁊ isto corrupto corrũpit̄ ⁊ ecõtra, ⁊ tñ hec nõ sunt idẽ realiter.⁊ sic maior falsa est.℄ Rões principales in ꝑncipio q̃onis facte solute sunt similiter.℄ Ad pmã pꝫ falsuꝫ esse añcedẽs.nõ enim auctio est alicuius corruptio,sed ad alicuius corruptionem sequens.℄ Ad 2ᵐ simil'r diminutio nõ est alicuius corruptio,sed ad alicuius corruptionẽ sequẽs.℄ Ad 3ᵐ pꝫ auctionẽ nõ eẽ motũ ad subam primo,sed ad quãtitatẽ consequentem substãtiam.Hec de questione.

Qõ 2ᵃ G ℄ Consequenter querunt/vtrum cuilibet quod augeť q̃libet pars aucti est aucta.⁊ arguo ꝙ nõ,qa vel equaliter omnes partes augerentur vel inequal'r.Si equal'r.igitur partes nutrimẽti equaliter inciperent motus ad partes, qd patet esse falsum.Si inequaliter,cum nõ magis vna q̃ altera erit nulla aucta.Cetera argumenta omitto,qa cõmuniter scribuntur.℄ In hoc questito quidam ꝑstantes opinati sunt omnes partes aucti augeri remotis impedimentis,sed non eodẽ modo.nam partes porose augent̄ per intus susceptionem,nam nutrimentuꝫ vt quãtum ingredit̄ poꝝum qui cedit sibi,⁊ non fit penetratio. at partes solide augentur per penetrationem.nam nutrimentũ vt substantia penetrat illas quantitate illaꝝ corrupta.Fundant̄ autẽ in ꝟbo Auerrois,qui ponit vbiq̃ formas elementarias esse in quolibet pũcto misto,quod esse non posset,nisi se penetrarent,⁊ sic penetratio subarum non est impossibilis,sed bene penetratio quantitatiua.Hanc positionem persuadent,quia non potest verificari verbum Aristotelis aliter,dicit enim.quelibꝫ ps

H aucti est aucta,⁊ lꝫ hoc de porosis pateat,de solidis non potest verificari nisi per penetrationem.

℄ Sꝫ hec positio stare nõ põt,qa duꝫ forma nutrimenti penetrat in nutritũ vel simul cuꝫ sua mã penetrabit vel solũ forma penetrabit relicta mã ⁊ quantitate,nõ potest dici ꝙ sola forma relictis mã ⁊ dimensione,quia tũc materia staret sine forma,nec dici põt ꝙ mã penetret,quia tunc dimensio nõ esset coeterna materie,qa corrupta dimensione penetraret.⁊ sic mã aliquando expoliaretur a dimensione.℄ Secũdo/si mã penetret,tunc due materie essent in eodem puncto membri,ac due forme,⁊ sic membruꝫ esset in duabus spẽbus.℄ Recentiores fere oẽs voluere q̃libet aucti partem augeri remotis ipedimentis,sed nõ vno modo auctionis,nam partes porose

I augent̃ per intus susceptionem, sed solidę augẽtur ꝑ iu/
stapõnez. Ubi aiaduerte ꝙ iustapositio q̃dam est quan/
titatiua, q̃dam alteratiua, q̃dam gñatiua. augent̃ quidem
arca per iustapõnem lignoꝝ quãtitatiuã tñ. augetur ca/
lor per iustapõnez calidi corporis adhuc mãm alteran/
tis illius subiecti. generatiua ꝟo iustapõne auget̃ ps so/
lida. Nam postq̃ꝫ illud nutrimentuz in poro est sic rece/
ptũ alterat̃ a qualitatibus partis solidę circũstãtis, qua
forma nutrimẽti corrumpit̃. ⁊ de mã eius remanẽte for
ma substantialis educit̃, quę est similis formę substãtia/
li pręexistenti, ⁊ ratiõe talis similitudinis in spẽ illarum
K formarum, mã quę fuit nutrimenti continuatur materię
formę p̃existentis, ⁊ forma formę, ⁊ inde fit vnũ maius,
qd iterum per actionẽ caloris rarefit ⁊ porisficat̃ ⁊ iterũ
vt prius erit, ⁊ q̃diu hęc extendi possunt (sic ꝙ nõ impe
diat nimia duritics, ꝑꝑ terrestreitatẽ ⁊ resołonem mol/
liuz) tãdiu fit auctio. Sic igit̃ volunt q̃libz aucti partez
augeri, porosam qdez per intus susceptionẽ. solidam ꝟo
per iustapõnez alteratiuaz/quantitatiuã/⁊ generatiuam.
⁋ Hęc positio quantũ ad vnũ stare nõ potest. ait enim
iustapõnem illam esse gñatiuam, qa p̃ma forma alimẽti
desinit ⁊ noua educit̃ de potentia materię. hoc eñi stare
non põt. p̃mo/qa Auerroes cõmẽ. 38. voluit auctionem
fieri per gñationẽ non formę simplr̃, sed pro quãto trã/
sit ad nouam mãm, ⁊ sic voluit esse generationem ꝑ hoc
ꝙ forma incipit, ⁊ in noua mã, non per hoc ꝙ forma ici/
pit esse. ⁋ Scđo/forma educta ⁊ mã illius continuãtur
vel ꝓpter cõsimilitudinẽ speciei, ⁊ sic oẽs homines pos/
sunt eẽ vnus hõ ꝯtinuus. vel ꝑꝑ vnitatẽ formę, q̃ p̃erat,
⁊ sic non de nouo incipit esse, lꝫ de nouo incipiat nouam
mãm informare. ⁋ Tertio/anima vegetatiua manet ea
dem numero, ⁊ nũq̃ꝫ s̃m aliquid sui generat̃, sed ipsa est
materię coęua s̃m se ⁊ quodlibz sui, lꝫ nouã mãm conti/
nuo informet in auctione ipsa. igit̃ forma nõ de nouo ici
pit esse. ⁋ Propterea videt̃ esse dõm cum Auer. cõmẽ.
38. vbi vult aliquas partes augeri per intus susceptionẽ
vt pori, alię solidę per iustapositionẽ alteratiuaz ⁊ gene/
ratiuã, nõ qdẽ nouę formę sed antiquę in noua mã. Cuz
eñi nutrimentũ in poro attrahit̃ a partibus circũstãtibꝫ
alterat̃ alteratione corruptiua ad quaz sequit̃ formę eiꝰ
corruptio ⁊ antiquę in illius mãm inductio, ⁊ sic gñatio
est non per hoc ꝙ noua forma incipit, sed ꝙ antiq̃ de no
uo mãm nouam incipit iformare. ⁋ Tũc ad rõnez pri/
mę positionis pꝫ solo. vꝫ. ꝙ omnes ꝑtes augent̃, ⁊ nõ ꝑ
penetrationem, sed porosę per intus susceptionẽ, ⁊ soli/
dę per iustapõnez alteratiuaz ⁊ corruptiuã. Ad illud de
mistiõe dicemus, attñ dicimus, ꝙ elemẽta corporea nec
se penetrant in misto vt corpora de p̃dicamẽto substan
tię, nec vt corpora quãta, qa vt diximus vna est materia
M oium formarũ. elementariarũ qdẽ vt dispõnũ. misti ꝟo
vt vltimę ⁊ specificę. ⁋ Sꝫ dices saltẽ erunt q̃tuor for/
mę subales in eodẽ puncto materię. igit̃ se penetrabunt
vt formę, lꝫ nõ vt corpora. Dico ꝙ sunt in eodẽ puncto,
nõ qdez informatiue, ⁊ specificatiue, qa nõ informãt ma
teriã, nec reponunt illam in spẽ. sed dispositiue, veluti in
vno pũcto materię sunt calor/frigus/⁊ cętera, ⁊ tñ nõ se
penetrãt, qa disponũt tñ ⁊ nõ informãt. Uel ꝯcedi põt
illas formas se penetrare in hũc moduz, quo vna dispo/
nat ad alterã in eodẽ puncto materię. Ueruz penetratio
hęc ęquiuoce dicit̃, cũ vera penetratio nõ fit nisi corpo/
ruz. ⁋ Ad rõnẽ in p̃ncipio dõm ꝙ cęteris paribꝰ ⁊ abla/
tis oibꝰ ipedimentis oia mẽbra ęqualr̃ ꝓportionalr̃ au/
gent̃. Absolute tñ vnuz maius altero. Ueꝝ ꝑꝑ tres cau/
sas pñt non ęq̃li ꝓportione augeri vel nutriri. Primo/ꝑꝑ
infirmitatẽ, vt si pori eẽnt opilati, vt pꝫ in cõtractiõe mẽ

N bri ⁊ linieticis. Scđo/ꝑꝑ sinẽ. nã vbi quis multuz coiret
multũ de nutrimẽto iret ad vasa seminaria, ⁊ virga ma/
gis incresceret q̃ꝫ cętera mẽbra. Tertio/ꝑꝑ inęqualitatẽ
caloris. nã vbi plus caloris est, ibi maior sit attractio, qa
ibi maior resolutio. Et sic patet ad rationem.
⁋ Cõsequẽter 3° q̃rit̃. Utrũ in actione maneat idẽ totuz Dõ 3°
ante ⁊ post. Et videt̃ ꝙ nõ, qa cõtinuo ꝑtes resoluuntur.
⁋ Rñdent qdã recẽtiores ꝙ in plantis ⁊ brutis, manet
idẽ nũero nõ simplr̃, sed ꝑ ęqualentiã vti fluuius ⁊ aer.
At in hoie solo manet idẽ numero añ ⁊ post, nõ simplr̃
s̃m se ⁊ q̃libz sui, sed s̃m p̃ncipalẽ partem. ⁋ Sꝫ ꝯ ar/ Prima põ
guit̃ p̃, qa tũc nõ eẽt dĩa iter auctionẽ aiatoꝝ ⁊ inaiato/
rũ, ⁊ sic vinũ augeret̃ vera auctiõe in ꝯuersione aquę, ⁊
ignis in ꝯuersiõe lignoꝝ. ꝯ Aristotelez hic. ⁋ Scđo/tũc
solus hõ augeret̃ vera auctiõe, qa solus ipse manet s̃m O
principaliorẽ ꝑtẽ, hoc aũt est ꝯ eos, dicẽtes auctionẽ ho/
minis eẽ miraculosaz. ⁋ Tertio/tunc forma mẽbri non
extẽderet se in nouã mãm, sed noua educeretur, ⁊ sic au/
ctio nõ differt a gñatiõe vera. ꝯ Ari[lem] in lr̃a. ⁋ Quarto/
hoc est ꝯ Auer. cõ. 38. vbi vult auctionẽ effici ꝑ for[e] anti/
quę extẽsionẽ. ⁋ Alij Iuniores voluere ꝙ plãta ⁊ bru/ 2ª positio.
tum manẽt ita hñ eadẽ ꝑ totũ tp̃s vitę suę sicut hõ, quo/
niã formę subales manẽt eędẽ absq̃ꝫ acq̃sitiõe ⁊ deꝑdi/
tione alicuiꝰ ꝑtis. Nõ tñ manet eadẽ mã nũero, nisi per
ęqualẽtiã, nã ꝑtes materię continuo fluũt ⁊ refluũt. non
aũt ꝑtes formę, ⁊ sic in auctiõe idẽ manet s̃m formã, qa
eadẽ aia vegetatiua, nõ tñ s̃m mãm, qa mã ꝯtinuo fluit.
Et ita manet idẽ s̃m formã. Þ est qa p̃ncipalior eius ꝑs
manet, nõ tñ idẽ nũero simplr̃ s̃m se ⁊ q̃lꝫ sui. ⁋ Sꝫ ꝯ
arguit̃. p̃/partes materię plãtę cõtinuo corrũpunt̃. igitur
partes formę, nã vt tota corrũpit̃ ad totius materię cor/
ruptionẽ, ita ꝑs formę ad corruptionez ꝑtis materię, qa P
tota est in toto, ⁊ ꝑs in ꝑte, ⁊ ita sicut tota desinit desinẽ/
te tota mã, ita ꝑs formę desinẽte ꝑte. desinit formę pars.
igit̃ in auctiõe eędẽ restaurabunt̃, aliter in auctiõe deꝑ/
ditũ non restaurabit̃. ⁋ Scđo/põt forma ꝯtinuari. for/
mę. igit̃ põt gñari ⁊ effici vna cum forma totius. añs pꝫ
Inserat̃ pirus in piro, facta isertione, pirus est maior, et
per formã aliã a tota q̃ p̃erat. igit̃ auctio potest effici per
formę nouę gñationem. ⁋ Tertio/in diminutione cõti/
nuo corrumpit̃ forma plantę. igit̃ in auctione ꝯtinuo ge/
nerat̃, tenet ꝯñtia, qa diminutio ⁊ auctio circa idez sunt.
añcedens pꝫ, qa diminutio est resolutio materię. igit̃ re/
solutio formę, q̃ illi coextendet̃. ⁋ Animaduerte ꝙ hęc
secũda positio pro tanto est falsa, pro quanto vult posse
totã materiaz et radicalem diffluere, ⁊ remanere eãdez
formaz plantę. ⁋ Alij dixerũt ꝙ forma est triplex. q̃dã
informãs/idiuisibilis/⁊ idepẽdẽs, vt rõnalis aia, q̃ infor/
mat mãm, ⁊ est tota in toto, ⁊ tota in q̃libz ꝑte, ⁊ non de/ Q
pẽdet a corꝑe. Quędã iformãs idiuisibilis, sꝫ depẽdens,
vt aia bruti ꝑfecti, vt bouis aut ęq. Hęc eñi iformat ⁊ est
tota in toto, ⁊ tota in q̃lꝫ ꝑte. sed depẽdet, ideo corrũpit̃
ad corruptionẽ cõpositi. ⁋ Tertia est iformãs depẽdẽs
⁊ diuisa ꝑ totuz, sic ꝙ est tota in toto, ⁊ ꝑs in parte. vt aia
plantę. Tũc dicũt ꝙ in hoie ⁊ brutis idẽ manet numero
in auctione s̃m formaz, ⁊ in plantis nõ, qa illa forma est
tota in toto, ⁊ pars in parte, ⁊ ita desinũt ꝑtes desinẽtibꝰ
partibꝰ materię. ⁋ Scđo dicũt ꝙ in plantis manet idẽ
s̃m ęquiualentiã. vt fluuius ⁊ aer. ⁊ per hãc distinctionẽ
volũt positiones eẽ ꝯcordes. ⁋ Sꝫ hęc positio stare nõ Põ ꝑꝑa.
põt per rõnes factas cõtra p̃mã. ⁋ Ideo ꝓ nũc cũ ꝑte/
statione dicẽdi aliter teneo ꝙ tã in plãtis q̃ꝫ in brutis aia
est extẽsa apud Auerroez, qa omnis forma materialis
est extensa. ⁋ Secũdo/qa recipiantur mediantibus di/
mensionibus interminatis. igitur extensa. vt in libro de
substantia

A fub͡a orbis.⁊ ſic ſola anima rõnalis eſt in toto idiuiſibilr
ſm veritatem.¶ Ad rões.Ad primã dicerem ptẽ ma
terię cõtinuo corrũpi,⁊ nõ partes formę.nam deficiente
mã,forma manet in reliquo materię.vel ſi corrumpitur
etiam partes formę nõ ꝓpea generant̃ nouę,ſed priores
extendant̃,⁊ fiunt in pluri mã,ꝙ̃ pręerant.¶ Ad ſcḋaʒ
dicerem illam partẽ nunc effici vere continuam,ſed con
tignam,⁊ propterea ſumit ab illa nutrimentum,vt plan
ta facit ex terra.¶ Ad 3ᵐ reſpõdetur ꝙ in auctione cõ
tinuo generant̃,non tamen per hoc ꝙ partes formę in
cipiant,ſed bene incipiunt nouaʒ informare mãm.aliter
non eſt ſimilitudo.¶ Ad argu̅ᵐ in principio pʒ ſolo.
Qõ 4ᵒ. ¶ Conſequenter q̃rit̃.Utrũ auctio fiat ſm ptes forma
les tñ,videt̃ ꝙ nõ,p̃mo/q2 forma vini in auctione red
dit̃ maior.igit̃ eius mã,⁊ ſic ita ſm mãm fiet auctio,ſicͭ
B ſm formã.Scḋo/partes q̃ aduenĩũt vino,aduenĩũt cuʒ
mã vel ſine mã.ſi cuʒ mã.igit̃ ſicut forma augeť per ad
uẽtũ formę,ita mã augebit̃ p aduentũ materię.Tertio
non ſolũ forma augeť,ſʒ totũ cõpoſitũ.igit̃ augeť mã ⁊
forma,cũ cõpoſitũ nõ ſit aliud ꝙ̃ hę ptes ſimul iunctę.
¶ Ad oppoᵐ eſt Ariſto.Alexã.⁊ Auerroes ⁊ omnes.
Põ Alex. ¶ In iſto quęſito grauiſſimo ſunt multę ⁊ innumerę poſi
tiones.Ego ꝟo recitabo famoſiores.Alexãder queʒ Al
bertus pluribus ſectat̃ in locis,voluit in vino ipſo ptes
eẽ in duplici dĩa.Quędam.vʒ.q̃ hñt humidũ nãle,ſiue
radicale,ſiue ſeminariũ.h eſt q̃dã ſunt,quę ſunt hũiduʒ
ipm coagulatũ ad modũ ptiũ.alię ꝟo q̃ hñt humiduʒ ci
bale,hoc eſt,quę ſunt ptes coagulatę ex hũido nutrimẽ
tali.Primę formales dicunt̃,q2 aĩa ipſa principalr ve
luti in ſubiecto p̃ eſt in illis,ideo illis corruptis corrũpit̃ et
aĩa.Quapp ſemp manet vſqʒ ad finẽ vitę lʒ non rema
neãt eędem humidę hũore illo nãli,vti p̃erant.cęterę ptes
C quę coagulamẽta ſunt humoris cibalis mãles dictę ſũt,
q2 in eis forma vitalis nõ per ſe exiſtit,ſed p accñs,pro
quãto ſunt ꝯtinuatę ptib⁹ radicalib⁹.Tũc volũt auctio
nem effici ſm ptes formales mõ dicto,non aũt ſm ptes
Argu̅ᵐ ꝯ ſcḋo mõ acceptas.¶ Sed ꝯtra hãc inſtant.p̃mo/q2 nõ
Alexãdrũ. q̃libet pars aucta eſſet aucta,q2 cũ ptes illę humidę hu
more nãli remaneant eędem ſemp,ipſę nõ augebuntur
nec diminuent̃,cum nihil illarum corrumpat̃,q2 durãt
vſqʒ ad finem vitę.¶ Scḋo/videt̃ ꝙ hę nõ remaneant
eędem,nã ꝯtinuo calor agit in illas reſoluẽdo.igit̃ ſemp
earum aliquid deperdit̃.¶ Tertio/tunc duo corpora ſe
penetrabunt.nam partes humidę nouę penetrabũt par
tes radicales antiquas.¶ Quarto/tunc multę partes eſ
ſent in animali non aĩatę,vt partes humidę nouę.
Defenſio ¶ Hęc ſunt fortiſſima argumenta ꝯ Alexandrum. Qui
D dam defendunt hãc.⁊ ad p̃mã reſpõdẽt ꝙ argᵐ cõcludit
verũ.non eñ illę ptes eẽnt auctę per intus ſuſceptioneʒ,
oẽs tñ ſunt auctę per iuxtapõnem qua facta totũ maius
reddit̃.¶ Ad 2ᵐ volunt humidũ radicale nunꝙ̃ conſu
mi ſed effici cõtinuo impurius ⁊ iproportionatũ,⁊ ſicut
ſm eẽntiam perdurat durãte vita,nõ aũt ſm puritateʒ
quã primo accepit.¶ Ad 3ᵐ dõm ꝙ nõ,q2 nõ fit auctio
per penetrationem,vel intus ſuſceptioneʒ ſed per iuxta
poſitionem.¶ Ad 4ᵐ concedunt multas eẽ ptes in aĩa
li nõ aĩatas nec viuas,q2 nõ dicunt̃ partes proprie.
Uera Ale ¶ Sed pace iſtoꝝ dixerim,lʒ hęc poſitio poſſit defendi
xãdri ipu ab eoꝝ cauillis,nõ a rõnibus Auerrois.ex cõmẽto eniʒ
gnatio. colligunt̃ tres rões fortiſſimę.¶ Prima/data poſitio
ne Alexãdri,tũc auctio eẽ quãtitatiua ⁊ nõ formalis.Cõ
ſequentiam deduxi,q2 erit pro quãto partes addunt̃ p
tibus,⁊ nõ per hoc ꝙ ptes agũt in ptes ⁊ recipiũt a par
tibus.hoc incõueniẽs reiigit ex textu,vbi dixit auctioneʒ
non fieri per quãtitatiuas partes,q2 tunc auctio eſſet vt

ꝑmiſtio vini cum aqua,vbi vinuʒ reddit̃ impurius.col B
ligit̃ hęc rõ in textu cõmẽti.39.¶ Secũda rõ eſt,q2 tũc
auctio eſſet abſqʒ actione ⁊ paſſione,⁊ ſic nũꝙ̃ nutrimẽ
tum fiet ſimile oĩno ipſi aucto,q2 ſemp partes humidę
nouę reſtarẽt alię a partib⁹ radicalibus,ſicut ptes aq̃ in
miſtura cũ vino.Colligit̃ hęc ratio textu cõ.38.¶ Ter
tia/non omnia membra ſunt mollia vt oſſa ⁊ carthilagi
nes.igitur non poſſunt augeri per accumulationẽ ipſoꝝ.
vel admiſtionem,niſi per conuerſionem.Ad hęc nemo
poteſt ſoluere niſi negeť Ariſtotelem,⁊ ſic non eſſet ex
ponere Ariſtotelem ſed euertere.
¶ Recẽtiores dixerũt p ptes formales Ariᵗᵉᵐ itellexiſſe Rᶜᵒ recen
partes poroſas.p mãles ꝟo partes ſolidas. Illę forma tiorum.
les dicunt̃,q2 ſenſibiles.hę mãles q2 inſenſibiles,quan
doq̃dẽ ſint diuiſibiles in infinitũ,vel ifinitę modicę. F
¶ Sʒ ꝯobyciũt.p̃mo/q2 potius partes ſolidę videntur Obtiones
formales,q2 perfectiores,nã poroſę ſunt diminutę expe
ctantes pfici per nutrimẽtũ,ſolidę ſunt plenę,ſed oẽ pfe
ctius eſt forma imperfectioris.3ᵒ de aĩa.cõ.36.¶ Secun
do/partes ſolidę hñt ita hñ formã vel forte melius ꝙ̃ po
roſę.igit̃ ęque bene formales erũt ſicut poroſę.¶ Ter
tio/vel pars poroſa dicit̃ ſenſibilis ⁊ illa iſenſibilis,quia
poroſam hʒ aĩam,nõ poroſa non habʒ,vel q2 eſt maior.
primũ non põt dici,qm̃ anima eſt inſenſibilis.igit̃ nulli
eſt cauſa ſenſibilitatis,nec 2ᵐ dici poteſt,quia aliqua ſo
lida eſt maior poroſa.igitur illa erit forma,quia eſt ſenſi
bilior.¶ Quarto/tunc nihil augeretur,quia non ps po
roſa,cum illa tãtuʒ recipiat quantum eſt necnon poroſa,
quia illa nihil ſuſcipit.¶ Quinto/tunc auctio nõ eẽt mo
tus ad quantitatem ſed ad formã genitam in poro.
¶ Sed lʒ poſitio hęc ſit falſa,argumẽta hęc non valent. Defenſio.
¶ Ad p̃ᵐ dicerent/ꝙ ideo pars poroſa eſt formalis, q2
ſenſibilior,poteſt tñ dici mãlis alia rõne,ſed Ariᵗᵉˢ eam G
vocat formalẽ ad illũ ſenſum.¶ Ad 2ᵐ dicerẽt/ꝙ quã
tum eſt de rõne formę totius forte partes ſolidę eẽnt for
maliores.Sed Ariᵗᵉˢ vocat illas formales hoc eſt ſenſi
biliores.¶ Ad 3ᵐ dicẽdũ/ꝙ pars poroſa dicitur ſenſibi
lis,quia non poteſt eſſe minor minimo,⁊ ſic quęlibʒ ſen
ſibilis eſt.partes ſolidę dicunt̃ inſenſibiles,quia nõ oẽs
aptę ſunt ſentiri,q2 infinitę modicę poſſunt eẽ.Et ſic illę
dicunt̃ inſenſibiles,q2 vt ſic nõ oẽs aptę ſunt ſentiri.hę
poroſę ſunt ſenſibiles,q2 omnes vt ſic aptę ſentiri,cum
vt ſic nõ poſſint eẽ minores minimo.¶ Ad 4ᵐ pʒ ſolu
tio,poroſę eñ augent̃ per intus ſuſceptionẽ,alię per iu
xtapoſitionẽ alteratiuã ⁊ gñatiuã,ad qḋ ſequit̃ totũ eſſe
maius ꝙ̃ erat.¶ Ad 5ᵐ patuit ſolutio.ſm enim iſtos au
ctio eſt motus ad formã maiorẽ ꝙ̃ fuerit deꝑdita,apud H
me eſt mot⁹ geminus.vnus gñatiuus alter auctiuus.
¶ Et lʒ hęc argumenta nõ cõcludant,tamen hęc poſitio Confutatio
eſt contra Ariſtoteleʒ.p̃mo/q2 partes formales ideo au põnis.
geri dicuntur,q2 remanent.vt textu cõmẽti.36.Sed hꝫ
pori non remanent ſed fluunt ⁊ refluunt.¶ Secũdo au
ctum agit in augmentum ſibi illud aſſimilando,vt di
citur textu cõmenti.38.ſed pori non agunt cũ ſint vacui
forma.¶ Tertio/auctum eſt actu illud qḋ nutrimentuʒ
eſt potentia.Porus nihil eſt actu,cuʒ ſit priuatus forma
⁊ vacuus.maior eſt dicta textu cõmẽ.39.¶ Quarto,ca
ro ⁊ os ⁊ id genus augentur.tex.cõmenti.40.ſed porus
non eſt caro,ſed carnis vacuitas,nec os ſed oſſis priuatio.
igitur non augetur,¶ Propter hęc mihi videtur eſſe di Põ Auer.
cendum cũ Auerroe.cõmento.38.vbi debes ſcire ꝙ ali
quod dicitur augeri tanꝙ̃ ſubiectum ſubſiſtens ipſi⁹ au
ctionis,qua ratione totum animal augetur ⁊ pars ani
mata vt compoſita augetur.aliud augetur tanꝙ̃ ſubie
ctũ exiſtens,⁊ hoc modo forma ipſa vegetatiua in plãtis

I augetur, & sensitiua in aiali. nam ꝓprie forma recipit extē-
sionem, & per hoc q fit in pluri mā, quam erat prius. ¶ Se-
cūdo aiaduerte q forma ipsa vt aia est subiectū auctionis,
terminus auctionis, & agens auctionē. subiectū quidem, quia
ipsa est quę extendit, & quia totū cōpositum dicit auctū. ter-
minus vero, quia tanta aggenerat extēsio in mēbro, quātam
sibi limitat forma illa de nouo inducta in pluri materia.
Agens vero quia in mām proximam attractam in porum per
qualitates sensibiles agit tādiu, quādiu forma nutrimenti
& ipsa in illius mā inducit, nec hęc vni cōpetere est im-
possibile, quia est secundum diuersas rationes. ¶ Ulterius ani-
K maduerte q apud Auerroem omnis aia mālis extensa
est per totum, quia ipsa est tota in toto, & etiā pars in parte,
quod etiam credit de anima hominis, quę dicit cogita-
tiua, gręce dianoetica, quicquid velit de anima itellectiua
siue noetica. Tunc sequit q Aristoteles per formales partes
carnis intelligit partes aię quę sunt in partibus. per ma-
teriales vero intelligit partes materię, quę sunt sub parti-
bus formę. Unde imaginandū est secundum partes formales
effici auctionem pro quāto alimentū receptum in poris
a partibus animę circunstantibus alterat, & inde forma
alimenti successiue discontinue corrumpitur, & inde ani-
ma illa successiue efficit in pluri materia, & vt successiue
fit in pluri materia, sic successiue illa pars porosa exten-
dit, & sic fit totum maius. ¶ Sed contra hanc positionē
arguūt. primo, quia Aristoteles loquit de augeri, & vult par-
tes formales augeri, & sic vult pati auctionem, sed forma
L agit auctionem. igit nec forma nec pars formę pōt auge-
ri. ¶ Secūdo, accipiat aliqua pars materię quę per re-
solutionem viui resoluat & vocet .a. tunc .a. materia parte
aliqua formę fuit informata, & illa iam nō est informata,
vt patet. igit vel illa pars formę remansit in alia mate-
ria, & sic migrat de subiecto in subiectum, vel non transit
sed corrumpit simul cum parte materię, & sic nō perma-
net, vel manet in nulla mā, & sic forma sine materia erit.
¶ Tertio, tūc anima vegetatiua tota migraret de subie-
cto in subiectum vt fuit deductum in expositione cōmē.
38. ¶ Quarto, hac positione data mā adueniens in qua
extendit forma penetraret materiam vel dimēsio corrū-
peret. ¶ Quinto, dispositio qualitatiua quę potest cor-
rūpere formam nutrimenti attracti potest educere nouā
formam de potentia ad actum. igit corruptis omnibus dis-
positionibus facientibus pro forma nutrimenti, educet
noua forma in illius materia, quare erunt duę formę in
materia, vtpote forma deducta & forma iducta, videlicet pars
vegetatiuę. ¶ Sexto, tūc ignis posset vera auctione au-
geri, quia sibi addito combustibili pōt per qualitates suas
actiuas formam cōbustibilis corrūpere, & tunc eius forma
M possit effici in pluri mā vt in mā vbi corrupta est forma
cōbustibilis. vel si nō, dicat causa quare non. ¶ Septimo,
rōnalis aia secundum veritatē est indiuisibilis. igit non extensi-
bilis in pluri mā, & sic auctio non est formę, prout exten-
dit in pluri materia. ¶ Octauo, si sic. tūc pars aucta nō
esset maior in fine auctionis, quam antea, ꝓbat. nam in tāta
materia se facit pars formę quantā capit porus, sed porus
nō est maior post quam ante. igit nec forma erit maior.
¶ Hęc sunt meliora argumēta quę fieri solēt contra Auerroem.
Multa alia fieri solent, quę ꝓpterea quia cōiter scribuntur,
sumque in alijs occupatus, nūc ad primum respōsum est, q
videlicet forma agit auctionē, & patit auctionē, vt enim for-
ma quibusdā qualitatibus affecta agit. vt vero apta effici in
pluri mā, recipit extēsionē. vt diximus. ¶ Ad 2m dōm,
q pars formę quę erat coextēsa parti materię resolutę, desi-
nit eē pars, non tamen desinit esse. cū enim forma & pars for-
mę nō sit partita ac diuisa, nisi quia recipit in mā mediā-
N tibus dimensionibus. igit cessante materia, cessat parti-
tio, non tamen cessat ipsa, quia non cessat maior pars materię.
¶ Ad 3m iā diximus nō eē incōueniēs aiam vegetatiuā
totā migrare de subiecto in subiectum non totaliter. nam ante augu-
mētū erat in subiecto alio secundum quid a subiecto in quo erit in fi-
ne augmenti, nō tamen est aliud simpliciter sed secundum quid, idem tamen
secundum maiorē partē. vt diximus in alia quōne. ¶ Ad 4m di-
cēdū, q nō dat vltimū instās corruptiōis materię nutri-
mēti. Sed bñ primū nō esse formę nutrimēti, quod est pri-
mum esse formę iductę. In quo primo mā preterita incipit
vna sub termino nouę formę, & sic non corrūpit mā nec
dimensio, quoniam mā est vna omnium & dimensio similiter, sed desi-
nit esse sub vna forma, vnoque termino dimēsionis, & inci-
pit eē sub alia forma, & sub nouo dimēsionum termino,
O mā enim nutrimēti vt prima, nō differt a mā nutriti. sed vt
secūda, vbi igit desinet eē mā formę nutrimenti. desinet
eē sub termino dimēsionū illius, & sic incipiet eē sub no-
ua forma & sub nouo termino, quę forma, quia est vna. ideo
mā erit vna, & quia plures habet partes, ideo & plures partes
materię, nō vt prima, sed vt secūda. Et hęc nō potuerūt in-
telligere recētiores. vnde nesciētes soluere hoc argumentum, con-
cesserūt penetrationē, alij mām corrūpi. alij dimēsionem
elidi a mā, & multos errores ꝓfessi sunt. ¶ Ad 5m aiad-
uerte q quāto forma est spūalior tāto potest eē in pluri
mā, loquendo de mā large. vnde quia deus est forma sūme
abstracta. ideo est vbique. Forma vero penitus mālis, quia
est penitus determinata ad vnū, nō pōt migrare nec ef-
fici in pluri mā. Uidemus enim q itētio coloris, quę est a lu-
mine facta spūalis, migrat de subiecto in subiectum, non autē
color ipse. causa autem est, quia spūale vt spūale eleuat a mā
& non ita depēdet a mā, sed potius ab agente, & cū possit
P eleuari a mā. potest effici in pluri mā. Primum gradum
spūalitatis videt habere vegetatiua forma, infra quam
nulla spūalitate participat, a qua ꝓcedunt animę secundum la-
titudinem difformem vsque ad summum spūale, quod est
deus. Et sic patet q vegetatiua potest effici in pluri mate-
ria, quia aliqua spūalitate participat, & sensitiua magis, & ra-
tionalis magis, elementarię formę cum sint infra gradū
formarum spūalium, non possunt effici in pluri mā, & sic
non nisi in mā in qua sunt. ¶ Tunc ad argumentum di-
cendum, q qualitatiua dispositio animę potest corrum-
pere formam nutrimenti. igit aliquā iducet, quia genera-
tio est eductio formę de mā in qua corrupta est forma.
Quidam concedūt q corrupta forma nutrimenti edu-
cit forma carnis in illius materia, mediante qua anima
vegetatiua efficit in pluri mā. Sed quia non euacuat, di-
cendum q nō oportet vt educat formam illa corrupta,
sed illud esset, quando ipsa nō posset effici in illa, & illam
Q informare, modo quia est forma spūalis. ideo potest in-
formare mām illius. qualitatiua igitur dispositio potest
corrumpere priorem, & nouam non inducere quādo pōt
antiqua illam informare, quando non. tūc inducit ne ma-
teria sit absque forma. ¶ Ad 6m patet solu. forma enim ignis
potest corrūpere per qualitatiuas dispositiones formam
combustibilis, non tamen illius materiam informare, quia
non est forma spiritualitate participās. secus in alijs ani-
mabus. ¶ Ad 7m dicendum, aliquam formam eē exten-
sibilem dupliciter in se, quia ipsa recipit extensionē. vel
in alio, quia ad ipsam sequitur extēsio in alio. modo ani-
ma rationalis potest effici in pluri materia, ideo potest
extendi secundo modo, quod sufficit. ¶ Ad octauum di-
cendū q porus efficitur maior postmodū, vel pars quę
erat porus efficit maior, non quia capit maius quam sit ca-
pax, sed quia formam effectam in pluri materia con-
sequitur maior extensio, partim quia membrum mol-
le est,

A le eſt, partim q̄a adhuc viget virtus auctiua, quę proce-
dente ętate euaneſcit, partim quia ipſa forma effecta in
pluri materia, vt ſic eſt cauſa maioris extenſionis. In di-
minutione ſecus eſt, membra dura ſunt, euanuit vis au-
ctiua, forma recipit in minori materia q̄ ſit ipſe porus.
Hęc de q̄ſtione hac difficillima dicta ſatis.

Qō 5ª ¶ Quęrūt 5°, vtrū calor nālis agat in humidū nāle reſol-
uendo ipm ꝯtinuo vſq3 ad finez vitę nālis. ¶ In iſto q̄-
ſito ſunt duę poſitiones. Una dicit ꝙ calor nālis ꝯtinuo
agit in humidū tā nāle q̄ꝫ cibale ipm reſoluēdo. Alexan
der ꝛ Albertus in multis locis tenēt ꝙ nō. In p̄ma poſi
tione adhuc q̄dā tenēt ꝙ calor nālis pōt reſoluere totuz
humorem nālē, ꝛ per ꝯn̄s ſeipm corrūpere per accn̄s, ēt
ſtante vita, vt ętbico tertię ſpēi. Ibi enim nihil humoris
nālis, nihilq3 caloris nālis remanet. Sed ſolus calor ex-
B traneus febrilis atq3 igneus. ꝛ hāc Monachus in libro
paruę technę ꝯtēdit, ꝛ plurimi p̄clariſſimi affirmāt. Aliq
vt Petrus Apponēſis ꝛ cęteri medici, ꝛ recētiores plu-
rimi voluerūt cū Monacho humorē poſſe reſolui, ꝛ ca-
lorem etiā infirmari ꝯtinuo per humoris reſolōnē, vez
vitā dicūt ſtare nālē, q̄ꝫdiu aliquid humoris nālis rema-
net, q̄ꝫ cito vo euaneſcit humor nālis calor extinguitur,
ꝛ inde mors accidit. hi nō ꝯcedūt ętbicū nihil habere ca
loris aut humoris nālis. ¶ Ut vo poſitiones hę appa-
reāt, pro p̄ma poſitione arguiť. Primo, q̄a ſi nihil humo
ris nālis ꝯſumiť, nulla eſſet neceſſitas alimēti, vel ſaltez
aīal ſine cibo lōgo tēpore viuere poſſet. ¶ Scđo, Ariſt.
cōparat in lib. de lōgitudine ꝛ breuitate vitę calorez flā-
mę, ꝛ humidū oleo. Sed flāma agit in oleum. igiť calor
nālis in humorē nālez. ¶ Tertio, ſpūs vitales reſoluū-
tur in nimio exercitio, ſed ſpūs ſunt p̄tes humoris natu-
C ralis. q̄re aliq̄d humoris nālis reſoluiť. ¶ Quarto, mē-
bra aīalis ſunt difformiter calida. igiť mutuo agūt ꝛ pa-
tiunť, ꝛ ſic ꝯtinua alteratiōe ſe reſoluūt. ¶ Quinto, me-
dici aiūt ꝯtinēs, vt aer calidus, exercitiū nimiū, ꝛ alię res
nō nāles auctę reſoluūt ſpūs. igiť humorez nālē. ¶ Se-
xto, agens nāle approximatū paſſo ſufficiēter diſpoſito
agit effectū, quē pōt. ſed calor nālis eſt ipſi humido paſ-
ſo ſufficiēter diſpoſito approximatus. igiť agit effectuz,
quē pōt, reſoluēdo. Pro ſecūda poſitione arguiť, quātū
req̄riť ꝛ ſufficit ꝑ introductione formę in mā, tātū req̄riť
ꝛ ſufficit pro eiuſdē formę in eadē mā ꝯſeruatione. igiť
quātū humidū fuit ꝑ gn̄atiōe, tātū ꝑ ꝯſeruatiōe, ꝛ ſic ni-
hil ipſius pōt reſolui. ¶ Scđo, forma non variata ſm
eſſentiā, nec ſm eē, quātū eguit pro eē, tātū ꝑ ꝯſeruatio-
ne. aliter ipſa ꝯſeruata differret a ſeipſa genita. ¶ Con-
tra vo poſitionē monachi arguūt. Primo, q̄a etbic⁹ nu-
triť. igiť nāli opatione afficitur, ſed illa nālis opatio eſt a
calore. igiť adeſt calor nālis. ¶ Scđo, ętbicus viuit, ſed
D vita eſt p̄ticipatio aīę nutritiuę in calore nāli. igiť hꝫ ali-
q̄d caloris nālis. ¶ Tertio, ętbicus pōt morbo putri la-
borare, ꝛ oīs morbus eiuſmodi eſt a nouo humore, q̄ p̄-
erat nālis. igiť in eo p̄fuit humor nālis. ¶ Mihi aūt vi-
deť in hac re nihil certi eē. Ideo ſuſtineo oēs p̄tes cuz ꝑ
teſtatione dicendi aliter, ſi aliter occurret.

¶ Ad p̄m pro p̄ma poſitione, dicerēt ꝙ neceſſitas alimē-
ti eſt nō ꝑ reſtauratiōe, ſed ꝑ ꝯfortatione, vt. vꝫ. humor
ille aliquātulū remolleſcat. ¶ Ad 2m dōm, ꝙ illa cōpa-
ratio nō eſt vera quantū ad oīa, ſed ꝙ ſicut flāma reſol-
uit ipm oleū, ſic calor nālis reddit humorez ipurū, nō tn̄
reſoluit. ¶ Ad 3m dicerēt ꝙ ſpūs non reſoluunť, ſꝫ red-
dūtur ipuri. ꝛ ideo egēt q̄ete, vt remolleſcant. ¶ Ad 4m
dicerēt, ꝙ agūt ꝛ patiunť nō reſolōnē, ſed impuritatem
quādā. ¶ Ad 5m pꝫ ſolo, faciūt eni non ad reſolōnē, ſed
ad ipuritatē humoris. ¶ Ad vltimū dōm, ꝙ agit nō re-

E ſoluēdo, ſed ipurū faciendo, ꝑꝑ cauſas datas. ¶ Ad ar-
gumenta alterius partis, oīa ſoluuntur vnico vbo, ꝙ mi-
nora req̄runť pro gn̄atione q̄ꝫ pro ꝯſeruatione, cā eſt, q̄e
cōſeruatio non eſt actio, at generatio eſt actio, modo ad
agendum plura requiruntur, vt patebit. 2. huius.

¶ Ad argumēta contra 3um monachi dici pōt. ¶ Ad p̄m
ꝙ ipſa ętbici nutritio eſt nālis ſibi, nō a calore ꝛ humo-
re genitalib⁹, ſed habituali, q̄ ob habitū nālis ſibi factus
eſt. ¶ Ad 2m dicerēt, ꝙ viuit per calorē habitualē, q̄ eſt
ſibi nālis, ꝛ ſic aīa p̄ticipat calore nāli, nō q̄dez genitali,
ſed nāli ab habitu. ¶ Ad 3m pꝫ ꝑ idē, pōt eni calor ha-
bitualis effici ętbico p̄ternālis, q̄a poſſunt humores idiſ-
poni, ꝛ erit ſibi p̄ternālis ꝑ quāto cōtra nām caloris ha-
bitualis. Illud tn̄ te latere nolo ꝓbabilius ſuſtētari poſ-
ſe humidū nāle a calore poſſe reſolui, nō q̄dē in toto (vt
monachus voluit) ſed in p̄te, cuiuſq3 reſolō in toto mors
F eſt. Hęc eni poſitio cęteris ideo ꝓbabilior eſt, q̄a ad eaz
minora ſequunť. rſtq3 facilis. Iuxta quā opꝫ ꝯcedere re-
ſolutionē hāc eſſe ꝯtinuam ſm tempus vitę totū. vtrum
vo continua ſm diſpoſitionem, dicetur tādem.

Qō 6ª ¶ Quęrunt 6°. vtrū auctio ſit motus cōtinuus. recētiores
dixerūt auctionē particularē vni⁹ particulę. vt vnius po
ri eſſe ꝯtinuā, qđ ꝓbāt, q̄a oīs motus eſt vnus mot⁹, ꝛ oīs
vnus motus eſt ꝯtinuus. Quare auctio hęc continua eſt.
¶ Scđo, ſi nō eſſet ꝯtinua. tūc aliqua auctio eēt in nō tē-
pore, ꝛ ſic motus eēt in nō tpe. Scđo dixerūt auctionez
totalē, non q̄dē a p̄ncipio vitę vſq3 ad mortē, ſed a prin
cipio vitę vſq3 ad terminuz tp̄is auctionis, ablatis. vꝫ. i-
pedimētis. poſſe eē ꝯtinuā ſm tp̄s, hoc eſt nullū eē dare
tp̄s, in quo auctio eius nō ſit, nō tn̄ ꝯtinuā ſm ſubiectuz
aut diſpōnē. Dico p̄mo ablatis impedimētis, q̄a forſitan
exiſtēte morbo aliquo, poſſet viuēs nō augeri. Dico nō
ſm diſpōnē ꝛ ſubtū, q̄a ſit in diuerſis poris inuicē nō cō
G tinuis, ꝛ per diuerſas diſpōnes non ſubordinatas. Hanc
poſitionē perſuadēt, q̄a poſitis oībus cauſis ſufficiētib⁹
pro effectu ꝓducendo ꝯtinuo, poniť effectus ipſe conti-
nuo, ſed in ipſo viuo ſano ponunť continuo omnes cauſę
auctionis actu, vt aīa, calor, potentia, mā, vt nutrimen-
tū, ꝛ finis. igiť ſemꝑ erit ꝛ cōtinuo auctio. Hęc poſitio ꝛ
ſibi nō cōſentit, ꝛ ꝯdicit Auerroi ꝛ rōni eius. ſibi q̄dē, q̄a
ſi q̄libet pars aucti augeť. vt ſolida ꝑ iuxtapoſitionē, po
roſa per intus ſuſceptionē. oēs partes ſimul ꝛ ꝯtinue au-
gebunť. igiť cū tp̄s ſit ꝯtinuū, mobile ꝯtinuū, ꝛ diſpōnes
etiā partiū cōtinuę, oīno mot⁹ hic dꝫ dici cōtinuus, maxi
me a quātitate vna ꝛ ꝯtinua denoīante ſubꝫ vnū. Auer-
roi vo. nā 3° phyſicę auſcultationis. cō. 6. aīt. ꝙ mot⁹ au-
ctionis de initio ad finē cōponiť plurib⁹ motib⁹, ꝛ pluri-
bus q̄etibus. Arguit aūt hoc, q̄a ſi auctio quātitatis digi-
talis fieret adequate in anno, tūc cuilibet parti anni cor-
reſpōderet aliqua pars digitalis quātitatis, ꝛ ſic cuilibet
parti ſenſibili anni correſpōderet aliq̄ pars ſenſibilis il-
H lius digitalis quātitatis, cui⁹ oppoſituz docet experiētia.
Propter hęc teneo ꝙ nec auctio vnius pori, nec auctio
totalis eſt cōtinua, ſꝫ q̄libet ſit motus. Et rō eſt hęc, ꝙ au-
ctio vel eſt aggeneratio vel ꝯn̄s ad aggenerationē, ſꝫ ge-
neratio ſit per minima. qđlibet aūt minimuz gn̄ať in in-
ſtāti. ꝛ ideo eſt minimū. Et ad hoc valet rō Auerrois. nā
vbi in q̄lꝫ inſtāti anni aliq̄d digitalis quātitatis aggene-
rareť, cū nō poſſit illđ eē minus minimo, tūc quot inſtā-
tia in anno ſūt, tot minima. Et cū īfinita ſint īſtātia in an-
no. Infinita erūt minima, ꝛ ſic totū auctū erit īfinitū.

¶ Tūc ad p̄m dōm, ꝙ auctio nō eſt motus continuus, nec
vnus mot⁹ vnitate ꝯtinuitatis, ꝛ tn̄ eſt motus. ¶ Ad 2m
dicerēt ꝙ ſolū de rōne motus localis eſt ſucceſſio ꝛ con-
tinuitas, imo pōt eſſe aliq̄ trāſmutatio ſubito, ꝛ eē mo:⁹,

I eē enī successiuū nō est de rōne motus. mistio enī successiua est, ₇ tñ nō est motus, nec esse subito tollit rōnē motus, cū alteratio velox ₇ auctio possint eē subito, ₇ tamē sunt motus, sed differūt penes subiecta. nā subiectū motus est ens in actu, at subiectū gñationis est ens in potētia. ¶ Solū tñ de rōne motus localis est eē ꝯtinuū ₇ successiuū, q₂ ille est supra spatium ₇ a mobili in eo ꝙ quāta, ceteri ad formā in eo ꝙ nālis, mō quātū vt quātū nō est determinatū ad maximū, nec ad minimū, at nāle bñ. ¶ Ad 3ᵐ dōm/ꝙ adsunt oēs causę auctionis. ideo adest auctio, vt est apta fieri, mō cum ipsa non possit fieri nisi per minima. ideo non successiue cōtinuo fit, ₇ sic est impedimētū

K ex parte rei agendę. Hęc de continuitate auctionis.

Questio 7ª ¶ Septimo q̄rit/vtrū rarefactio sit augmētatio. Et vr ꝙ nō, q₂ auctio fit aliquo adueniente, at rarefactio effici pōt nullo adueniēte. igr̄ rarefactio nō est auctio. ¶ In isto q̄sito. Primo aiaduerte, vt colligit̄ in 4ᵒ auscultationis physicę. cō. 84. ₇. 7. eiusdē. cō. 15. ꝙ densum id dr̄, qđ h₃ multū de mā sub parua extēsione. rarū xᴼ cōtra parum de mā, sub multa extēsione. ¶ S₃ dices 5. pmo vel mā h₃ partes/vel nō. vbi h₃, vel actu, vł potētia, si actu, igr̄ est corpus. Si potētia, tunc actu nec multa, nec parua dicet̄. at si ptes nō h₃, nec plus, nec minus dici potest. Scdo/mā h₃ plus ₇ minus a dimēsione, dimensio a forma, vt dicit Auer. in libro de suba orbis. igr̄ nō pōt dici aliqđ hīe plus de mā q̄ de forma, nec ecōtra, qū quidem sese ꝯsequunt̄, pp hęc saluo meliori iudicio. ₇ cum ꝓtestatione dicēdi aliter. si aliter occurrerit, dico ꝙ plus ₇ mi-

